inscriberetur: ppter ea the/ ta dicitur signum morri. Persi. Et potis est vitiu mor tis praefigere theta. Hunc quaestorem volentē emun gere nasum: collega pro/ hibuerunt. Iocatur poeta quod qui paulo ante im/ perabat necem aliis: nunc non potuerit emungere na/ res. Mortiferum signum: necis est theta. Operapre cisiuuat. Iuguli: nec. s. Stiria: vt Palamon inter pretatur: est gutta pendes, quae nondum cecidit. In uiso naso: quia cum tange bat nasum, erat iudicium necis. Non licuit: quia ta quam imperaturus necē aliis prohibitus est emun/ gere nares. Tantus: Poli/ phemus, & Scylla erat ser/ ui Seueri: vt no modo aliis possent incutere terrorē: sed ipsi inter se timerent.

Stiria gut ta

Tantus: tam magnus. Talis: id est tā deformis. Cyclops. i. Poliphemus. Scylla: serua Seueri. Fe/ ra monstra. i. iabos. Vter q̄ timor. i. alter alterum ti mebit. Discursus: in Ca/ lium, qui dum recufaret la borem salutadi: coepit fin/ gere podagram: & ita fin/ xit: vt paulo postea coe pe/ rit laborare. Ridet poeta tantam fuisse artem Ca li, vt non modo sic tam poda gram, sed veram expresse/

Sed meus, vt de me taceam, Lecania seruus Iudaeum nulla sub cute pondus habet, Sed nudi tecum iuuenesq̄, senesq̄ lauamur, An sola est serui mentula vera tui? Ecquid foemineos sequeris matrona recessus, Secretusq̄ tua Cunne lauaris aqua?

Ad Stellam.

Cum pluias, madidumq̄ loue perferre negaret Et rudis hibernis villa nataret aquis, Plurima quae posset subitos effundere nimbos, Muneribus venit tegula missa tuis, Horridus ecce sonat Boreae stridore December, Stella tegis villam, non tegis agricolam,

Ad Castricum de Theta.

Nosti mortiferum quaestoris Castrice signum, Est operae precium discere Theta nouum, Exprimeret quoties rorantem frigore nasum, Laetalem iuguli iusserat esse notam, Turpis ab inuiso pendebat stiria naso, Cum fleret Madida fauce December atrox, Collegae tenuere manus, quid plura requiris? Emungi misero Castrice non licui.

De Polyphemo.

Tantus es, & talis nostri Polypheme Seueri, Vt te mirari possit & ipse Cyclops, Sed nec Scylla minus, qd si fera monstra duorum Iunxeris, alterius fiet vterq̄ timor, De Celio.

Discursus varios, vagumq̄ mane, Et fastus, & aue potentiorum, Cum perferre, patiq̄ iam negaret, Coepit fingere Celius podagram, Quam dum vult nimis approbare veram, Et sanas linit, obligatq̄ plantas, Inceditq̄ gradu laborioso, Quantum cura potest, & ars doloris, Desit fingere Celius podagram.

Epi. patris Hetrusci.

Hic iacet ille senex Augusta notus in aula Pectore non humili passus vtrunq̄ deum, Natorum pietas sanctis quem coniugis vmbis Miscuit, Elysiu possidet vmbra nemus, Occidit illa prior viridi fraudata iuuenta, Hic prope terlenas vidit olympiadas, Sed festinatis raptum te credidit annis, Aspexit lachrymas quisquis Hetrusce tuas, Ad Sempronium.

Cosmicos esse tibi Semproni tucca videris, Cosmica Semproni tam mala, q̄ bona sunt, In Cinna.

Primum est, vt praestes, si quid te Cinna rogabo, Illud deinde sequens, vt cito Cinna neges, Diligo praestantem, non odi Cinna negantem, Sed tu nec praestas, nec cito Cinna negas,

Martialis

rit. Fingere p. o. se labora/ re podagra. Discursus: eo dem verbo vtitur Iuena. Gaudia discursus. Vagu mane: id est matutini tem/ poris labores: quo tempo/ re omnes vagabantur ad salutandos diuites. Aue: salutationem. Plantas sa nas: id est pedes non labo/ rantes. Gradu laborioso: quia ita incedit, vt videat/ tur dolere. Desit fingere: quia veram habebat poda gram. Hic iacet: Hetru/ scus, qui ab exilio lachry/ mis filii fuerat restitutus: vt supra dictum est: nunc moritur: poeta epitaphiu componit: quo laudat pie tatem filii superstitis: ita amissum patris lugentis: vt nonagenarium senem sed patrem iuuenem ante tempus ereptum lugere vi deretur. Ille se. Hetruscus In aula Augusta: Domit. Passus vtrunq̄ Deum. i. Claudium & Nero. nam Hetruscus pater seruus fu it Claudii: a quo eadem co ditione traditus est Nero/ ni: vt in siluis aperte docet Papi. Terribilem affectum passus, visusq̄ tyrannum Inanemq̄ praeterea: Non/ dum stelligerum senior di missus in axem Clau. In lo go transmutit habere ne/ poti. Non humili passus: magno animo. Consa/ gis: vxoris. Ambo ne gra cus est pro ambos. vt illud Virg. Si duo praeterea. legi tur ab aliis loco Ambosvni bra, & melius. Fraudata iuuenta: mortua ante tem pus. Terfenas olympia/ des. i. nonagesimum an/ num. Cosmicos: cosmici dicuntur ornatu. Sempro. Tucca cum esset ornatus, volebat videri formosus: dictitans esse cosmicum. poeta, vt ait, no modo res bonas: sed etiam malas pos se ornari: hoc est ipsum quoq̄ esse malum, quauis cosmicus esset. Primum: Cinna nec dabat Mart. qd̄ poscebat dari: nec nega/ bat omnino, sed diu habe/ bat ipsum suspensum & sol licitum. Primum est vt praestes. i. prima gratia est tui beneficii, vt praestes. Sed tu ne praestas: ideo no diligo te. Nec cito Cinna negas: propterea odi te.

Ad pōniū Atticus acitā esse ut eius no sit fama quin potius ipse augez fama fug amissis. vales non recutus ut eius gladij ne sententia comitij sic us pūgen tu est. lu xae, cūh eat curru es pigris ia est.

Follis

refo co the meo nexo us Galois arim

Ceroma

no odi negante cito.





DOMITIVS

FMVNERIBVS: Castricus & eruditissimus poeta, & diues fuit. Mar. cum aliis amicis muneribus, ipse muneru loco mittere solebat carmina: nequid poterat efficere in Castrici: qui nec egebat muneribus, nec carminibus: paulo tamen ante dederat epigramma ad poetam: nunc refert causam, quare miserit: ait. n. & hoc accidit se: vt Alcino pomoru copia reliquos mortales superant, aliquis aliquis miserit poma. Muneribus: sensus est horum versuum Castricu non posse superare muneribus: aut carminibus. Hic est: eadem temeritate. In vtroque. te. la. boramus inopia muneru, & carminu. Vinctuq; pacile cedimus. Inde: cu non possimus mittere bona carmina: Dederim: ausus sum dare. Alcino: Alcino Nautico filius celeberrimus carmine Hom. in odyssa: Corcyra, in qua erat populi Phaeacis ligni iusticia rexit: tanta pomarioru copia, & fertilitate: vt, autore Homero, praematuris fructibus noui statim succederent. Papi. Quid biferi Alcino laudat pomaria. Oui. Phaea cu felicibus obita plantis iura petunt. huius filia Nautica nudum & naufragum ex litore Vlysem domum perduxit. Maximus: maximus Castricius singulari amicitia cu Anneo Seneca. in eius: missus est a Nerone. in exiliu. Oui. eu secutus est: non veritus principis indignatione: & contempta gra: qua apud illum valebat: idem amicum amicum tabella ex pressum habebat apud se: cuius pictura hoc additur carmen a Mar. Viuida: veris lineamentis exprellis.

ab exilio restitutus: vt scri. Tacit. Facundus: Seneca, Caro proximus, aut prior Sereno, Hic est Maximus ille, quem frequenti Felix litera pagina salutatur. Hunc tu per ficulas secutus vndas Onullis Ouiditacende linguis Spreuisti domini fuentis iras. Miretur Pyladem suum vetustas, Haesit qui comes exuli parentis, Quis discrimina comparet duorum? Haesisti comes exuli Neronis,

Ad Castricum.

Muneribus cupiat si quis contendere tecum, Audeat hic etiam Castrice carminibus, Nostenes in vtroque sumus, vinctuq; parati, Inde sopor nobis, & placet alta quies.

Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quis? Alcino nullum poma dedisse putas,

Ad Ouidium.

Maximus ille tuus Ouidi, Castricius hic est, Cuius adhuc vultum viuida cera tenet. Huc Nero damnauit, sed tu damnare Neronem Aususes, & profugi, non tua fata sequi.

Aequora per Scyllae magnus comes exulis istis, Qui modo nolueras, consulis ire comes, Si victura meis mandantur nomina chartis, Et fas est, cineri me superesse meo,

Audiet haec praesens, venturaq; turba, fuisse Illi te, Senecae quod fuit ille suo,

Ad Eundem.

Facundi Senecae potens amicus, Caro proximus, aut prior Sereno, Hic est Maximus ille, quem frequenti Felix litera pagina salutatur.

Hunc tu per ficulas secutus vndas Onullis Ouiditacende linguis Spreuisti domini fuentis iras.

Miretur Pyladem suum vetustas, Haesit qui comes exuli parentis, Quis discrimina comparet duorum? Haesisti comes exuli Neronis,

Ad Priscum.

Comendare tuum dum vis mihi carmine munus, Maonioque cupis doctius ore loqui, Excrucias multis pariter me, teque diebus, Et tua de nostro Prisce Thalia placet, Diuitibus poteris musas, elegosque sonantes Mittere, pauperibus munera pexa dato.

Ad Licinium.

Doctorum Licini celeberrime summe virorum, Cuius prisca graues lingua reduxit auos, Redderis heu quanto fatorum munere nobis Gustata lethes pene remissus aqua.

Perdiderant iam vota metum, securaque flebat Tristitia, & lachrymis iamque peractus eras, Non tulit inuidiam taciti regnator auerni, Et raptas fatis reddidit ipse colos.

in. non potuit perferre loquelas hominum lugerium te. Colos ra. i. pensa. ipse restituit colos raptas Paris, quas deposuerant sorores.

F Mors

Alcino

Damno

Scylla

DOMITIVS

FMORS falsa. i. falso exstimata de te. Frueris poete. i. ita viuis nunc inter eos qui sunt tibi posteris: quia habebaris mortuus. Viue: da operam relaxationi animi. Velut raptu: nam qui viuunt raptu maiori studio & diligentia res raptas amplectuntur: hoc est consuume oes dies: ac si eos raperes. Gaudia sua. i. gaudia, que cito labuntur: vt supra: Saepo fluunt imo sic quoque lapsa sinu. Vita reu. iteru data tibi. i. nullum diuoluptatis pretereas. Cu me fas: insituerant antiq; coenam, qua appellabant ambulatorem ministris circumferentibus vasa. Si pauperes inuitabatur rarius ad eos accedunt: ministri diuoluptatis seruientes. haec igitur coenam pauper Marti. damnat. Pro mensis: loco mensarum. Gabata: vasa cocaua dicta: quia sunt cocauata. Laces: patine minus excauat. Transcurrunt: ministris circumferentibus. O lautio diuites. Habete vobis: has epulas. Offendimur coena: quia non vescimur. Fons do. Violantilla magnificas habeo aedes: que a Papi in epithalamio Stellig desribuntur: Lecta Deo sedes veris nec fordet ab astris: in his fons erat. Papi. Perfpl cui viuunt in marmore fontes: proximo nemore cose crato Herculi argumentu supra est expositu. ait poeta apte hoc factum: vt Hercules sit primus: ne. s. mulri nraei ministri rapiantur a nymphis: vt Hylas raptus fuit. Domus d. i. domus Violantillae. Luceat: accipiat lucem. Choro: ministris similibus Ganymedi. Obseruat: custodit. Notos: quo nouit amores nympharum. Parua: Seueromisit & oua, & poma: sed ne videretur gulosum amicum existimare: ait se mittere poma, vt vesca: oua, vt raucam vocem aperiat: & vt faucibus mederetur: & vt vox feret clarior. na vice ratis faucibus oua medentur: author Plin. Mercari: Urbicu monet vt si velit au dire suos versus: neque eos emere: eat ad Pomp. vel ad Auctu: qui oes memoria tenebat. Mercari: emere. Nostras nug. i. nostros libellos. Sedet: habet domicillum. In pri. gde Mart. quod templum reliqua superat magnificentia. Marti vltoris templum edificauit Augustus Caes. quod voue

Scis igitur, quantas hominum mors falsa querelas Mouerit, & frueris posteritate tua. Viue velut raptu, fugitiuaque gaudia carpe, Perdiderit nullam vita reuerfa diem.

De Annio.

Cum mensas habeat fere ducentas, Pro mensis habet Annii ministros, Transcurrunt Gabatae, volantque lances. Has vobis epulas habete lauti, Nos offendimur ambulante coena.

Ad fontem Hiantidos.

Fons dominae regina loci, quo gaudet Hiantis, Gloria conspicua, delitiumque domus. Cum tua tot niueis ornetur ripa ministris, Et Ganymedeo luceat vnda choro, Quid facit Alcides filua sacratu in ista?

Tam vicina tibi cur tenet antra Deus? Nunquid nympharum notos obseruat amores, Tam multi pariter ne rapiantur Hylae?

Ad Seuerum.

Parua suburbanum munuscula mittimus horti, Faucibus oua tuis, poma Seueri gulae.

Ad Urbicum.

Mercari nostras si te piget Urbice nugae, Et lasciuia tamen carmina nosse libet, Pompeium quaeris, & nosti forsitan Auctum, Vltoris prima Martis in aede sedet. Iure madens, varioque togae limatus in vfu Non lector meus hic Urbice, sed liber est.

Sic tenet absenteis nostros, cantatque libellos, Ut pereat chartis littera nulla meis. Denique, si vellet, poterat scripsisse videri, Sed famae mauult ille fauere meae. Hunc licet a decima, nec enim satis ante vacabit, Sollicitus, capiet coenula parua duos, Ille leget, bibe tu, nolis licet, ille sonabit, Et, cum iam satis est dixeris, ille leget.

Ad Auctum.

Gratum est, quod Celeri nostros legis Aucte libellos, Si tamen & Celerem, quod legis, Aucte iuuat. Ille meas gentes, & Celtas rexit Iberos, Nec fuit in nostro certior orbe fides. Maior me tanti reuerentia turbat, & aures Non auditoris, iudicis esse puto.

In Vmbrum.

Omnia misisti mihi saturnalibus Vmber Munera, contulerant quae tibi quinque dies. Bis senos triplices, & dentiscalpia septem. His comes accessit spongia, mappa, calix, Semodiusque fabae cum vimine picenarum, Et laetanae nigra lagena sapae.

Martialis

rat in bello Philippensi aduersus Brutum, & Caes. vito rem appellauit: quoniam id bellum suscepit ad vltimum dam morte Caes. patris. Iure mad. fordibus. sunt qui legunt iure madens. i. iure peritus: sed non placet. L. matius: habes limata, & atritata toga. In vario vfu togae. i. du oibus in rebus vtitur eadem toga. Non lect. me. i. non legit modo mea carmina. Sed liber est: hic sic tenet memoria mea carmina: ac si esset liber. Absenteis: non inspectos. Vt n. l. i. ne minima quidem syllaba pereat. Denique si vellet. i. posset videri author carminum: adeo bene memoria tenet meos versus. Sollicitus. i. promoues ad recitanda carmina. Nec fa. an. va. i. non vacuus erit omnino negociis. Iuue. Si vacat & placidi. Q. uin. Marfus & Peto legendi, si vacet. i. si ociosus sit. Gratius: Celer magistratum habuerat in Celtiberia. id est post reditu in urbem ex Pompeio Aucto audiebat carmina Mart. monet poeta Auctu se magnopere vereri aures Celeris: quoniam non videatur auditor, sed iudex Celtiberorum: nam & Mar. erat Celtiber. Si tu i. i. probatur a Celere: nam si offenderet noller recitari. Celta: Iberi. i. Celtiberos: nam Celtae tenuissent ripas Iberi, sunt Celtiberi nominati. Ceterior: sanctior. Maior: reuerentior: quia rexit Celtiberos. Iudicis: alludit ad id quod fuerat iudex in Hispania. Oia: Vmbrum caudicid deridet: qui quocunque munera a clientibus i satur nalibus acceperat: miserat Mar. Ea aut erat vilissima, & nullius ferme precii: eius de munerum vilitate Iuu. satyrico carmine insectat: Vix octo ferul potuerunt ferre munera Mart. facilius, inquit, poterat puer potuffere mihi ferre quinq; libras argenti. Quinq; dies: quia saturnalia durabant v. diebus. Triplices pu. de quibus dicimus in distich. Spongia accessit. co. i. venit comes. Vimine picenaru. i. cum cistella oliuarum. Sapae laetanae: appellat vinum laetanum sapae: quia erat fecosum: habebatque plurimum fecis. supra: A caupone tibi fex laetana paratur. de hoc vino (vt puto) intellexit, cum dixit: Plurimum hispanas mittere mihi nauta metretas. Iuu. dixit de vino missio caudicis: vinu Tyberi deuectum.

Celiber

Martialis



DOMITIVS

COCTANUS: COCTANUS: coctanum ficus est ex Syria. Plin. Ita feri. Syria in ficorum genere habet caricas: & minores eius generis, quae coctana vocant. Item prana in Damasco monte nata. Canis prunis. i. rugosis. & supra: Acuta senibus testa. Cum damascenis: Ex Syria mittebantur ferui: iccirco Iunenale. Quo pruna, & coctana véto. i. venit venalis feruus.

Ficus libyci: in hyeme. p/ducebantur artificio mor/ talum felgidissima ipso e/ riam tactu. supra: Et ficus libycæ gelata testa. Fuisse nummorum. xxx. i. fuisse precii. xxx. nummorum.

Semper mane: Nasidia/ nus captabat olim mune/ ra a Mar. blanditis: sed cū poeta iam asperraretur: ex cogitavit nouum aucupii genus: solebat enim dicere se vidisse somnia plena ter roris Mart. ad quæ placan da postulabat modo thus: modo agnam: modo por/ cum. poeta respondet. Iā lud aucupium: quo vteba/ ris apud me. Venit ad fe. i. defecit. Sed & hæc, & etiam hoc nouum aucu/ pium defecit. Saga: mu/ lier maga. Exorat: placat.

Tuas noctes. i. tua som/ nia horrenda de me. Con/ sumpsi: dando tibi. Mo/ las falsas: mola falsam. i. pecuniam pro mola falsa ad sacra. Deceuerunt: sunt imminuti. Cadit: interfi/ citur propter somnia. A/ ues cortis. i. aues cortiles.

Dormi tibi. i. in tuam p/ niciem: & non in meam.

Nulli muneribus: Crestus ac ceptis muneribus ab ami/ cis nihil remittebat: sed ir/ rimatoribus sellado satis/ faciebat: si inquit poeta ita satisfacis omnibus: satisfa/ cies etiā meis muneribus: quæ nisi tibi sellando: nō me: sed feruū meum: qui iudex est. Si nulli re. si nul/ li reddis. Nec mi. re. pati/ ar mihi non remitti. Sed si rem. si satisfacis. Lupo, Gal. sunt irumatores. Lin/ gas. i. mentulam. De foly/ mis peru. i. a iudæis. i. fer/ ui mel: qui venit e iudæ. i. ex Aegypro. supra: Sed me us, vt de me taceam. Leca/ nia feruus iudæi nulla sub cute pondus habet. Dam/ natam modo mentulam tributis: mentula damna/ ta tributis dicitur, quoniā cum Domitia. exigeret tri/ buta iudæorum: multi ne soluete cogere: dissimu/ labant originem negantis se esse iudæos: sed si differebā tur: inspiciebant an essent circuncisi: & ita deprehende/ bantur: interfui inquit Tranquil. adolescens: cum senex nonagenarius inspicere/ tur a quæstoribus: & fre/ quenti concilio, an esset circuncisus: nam circuncisus

Paruaq; cum canis venerunt coctana prunis, Et libycæ ficus pondere testa grauis. Vix puto triginta nummorum tota fuisse Munera, quæ grandes octo tulere Syri. Quanto commodius nullo mihi ferre labore Argenti potuit pondera quinque puer. In Nasidianum.

Semper mane mihi de me mera somnia narras, Quæ moueant animum, sollicitentq; meum. Iam prior ad fecem, sed & hæc vindemia venit, Exorat noctes dum mihi saga tuas, Consumpsi falsasq; molas, & thuris aceruos, Deceuerunt greges, dum cadit agna frequens, Non porcus, non cortis aues, non oua supersunt, Aut vigila, aut dormi Nasidiane tibi. In Chrestum.

Nulli munera Chreste si remittis, Nec nobis dederis, remiserisq; Sed si reddis Apicio, Lupoq; Et Gallo, Tityoq;, Celioq; Lingas non mihi, nam proba, & pusilla est, Sed quæ de Solytnis venit perustis Damnatam modo mentulam tributis. Ad Rabirium.

Astra, polumq; tua cepisti mente Rabiri, Parrhasiam mira qui struis arte domum. Phidiaco si digna Ioui dare templa parauit, Has petat a nostro Pifa tonante manus. De Achilla.

Castora de Polluce Gabinia fecit Achillam. Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

Ad Gallam. Iam sex, aut septem nupsisti Galla cinædis, Dum coma te nimium, pexaq; barba iuuat. Deinde experta latus, madidoq; simillima loro Inguina, nec lassâ stare coacta manu, Deseris imbelles thalamos, mollemq; maritum, Rursus & in similes decidis vsq; toros. Quære aliquê Curios semp, Fabiosq; loquētē, Hirsutum, & dura rusticitate trucem, Inuenies, sed habet tristis quoq; turba cinædos, Difficile est vero nubere Galla viro.

damnabantur ad soluenda tributa: mentula igitur dā/ nata tributis dicitur concisa. i. iudæa: quoniam eo iudi cio damnabantur ad tributa. Astra: laudat Rabirium architectum: qui adem flauia genti erexit: ea enim edi ficari voluit Domi. Tranquil. teste: vel Domi. domū stru xit: de qua infra: quod placet. Cepisti: arte complexus es. Domum parrha. i. do/ mum palatinam: hoc est placet potiusq; adem Fla/ uiam. Domus palatina di citur parrhasia ab Epandro Arcade. Silius: A spice mon tis apex vocitata palatia re gi Parrhasia. Virgi. Parrha sio dictum Panos de mon/ te Lycei. non placet, quod suspicantur nonnulli do/ mum Domit. dici parrha/ sias: quia in Germania sub parrhaside vrsa multa ges/ serit: vnde Germanicus est dictus. Spoliorum illorū meminit Plinius in laudi/ bus Traiani parrha. item proprio nomine fuit pi/ etor. Pifa ciuitas in Pelopō neso non procul ab Elide: quæ habuit Iouis olympi/ ci imaginem fiam a Phi/ dia. Parauit: cogitauit da re. Manus has: Rabiri. Ano. To. i. Domiti. Phi/ dias illic simulacrum Iouis effinxit: quod cum est dicatum tonitru luppiter signum dedit sibi placere: vscribit Pausan. Castor: Gabinia mulier amillam iuuenem pugilem dona/ uit tantis opibus: vt esset eques. Castor fuit hippoda mus. i. equorum domitor. Pollux eius frater fuit pu/ gil. Versus Home. itidē ver bis bis reperitur: καὶ οὐδὲν ἴσως ἀλλὰ μόνον καὶ τὸν ἄλλο βόων πολεμικῶν: hoc est Ca stora domitorem equorū: & Pollucem pugnis fortē: hoc versus iocatur poeta. Fecit Castora. i. equitem: id est equestri censu dona/ uit. De Polluce. i. pugile. Nunc erit hippodamus: id est erit eques: alludēs ad Castorem hippodamum. Iam sex: nullum esse ait, qui non sit mollis, siue hi/ spidus sit, siue iunior. Gal/ la cum elegantiores, & for mosiores veller: decepta ele gantia formę officium ma riti non reperiebat: at in/ quit poeta non modo hoc in formosis continger tibi o Galla: sed si hispidum ha bueris: talem reperies: nā omnes sunt cinædi. Iuue. Hispida membra quidem & dure &c. Dum coma: id est dum sequeris formā. Imbellem: neque uentem coire. Mollem maritum: id est effoeminatum. Quære aliquem loquentem Fa/ bios. i. grauem. Tristis turba. i. censoria, & grauis tur/ ba. Vero viro: quia omnes sunt sponæ tam hispidi, quam pulchri, & leues. Iuue. Quis enim non vicus abū dat tristibus obscœnis.

¶ Non

NON coenat: Cæcilianus assiduis mēsis, & cœnis vo/ lebat sibi apponi aprum: quis alios non inuitaret. Poeta ait, quis Cæcilianus alium non inuitet: tamen cum ha/ ber aprum: habet conuiuiam. q. d. aper blande ei consu/ mit cœnam: & tantum amittit: quantum si haberet cō/ uiuiam. Belli insidiosum: quia aper consumit: hoc placet porius, vt de apro homine intelligas. infra poe ta meminit: vt cū de Bru/ to priore versu deridēs te/ nuem mensam Cæciliani: nā aper alienas cœnas se/ ctabatur: vt alibi ostendit. Tarpeia: cum Cæsare ha beat, dicit se Iouem nō in/ digere: neq; se debere pete/ re aliquid ab eo: nā quod ei necessarium est: potest Cæ/ sari suppeditare: debet tan tum rogare Iouem pro Cæ sare: vt. s. diu terris impe/ rer. Succensueris. i. irasce ris mihi. Aulge tarpeig: Ca pitolli. Quem cre. to. i. esse verum Deum. Saluo duce: dum seruus Domiti. incolumem. Debeo roga re Cæs. pro me: quia ipse po test mihi suppeditare quæ sunt necessaria. Te p. Cæ sare. i. debeo ei optare inco lunitatem a te. Abstule/ rat: Domi. laudat q. instauratis ædificis vicis, & ex/ ditos, qui pauloante fue/ rūt occupati tabernis opi/ ficum: vt nunc tandem sit vrbs, quæ pauloante erat taberna. Institor: rerū vi/ lium venditor. Nullum li/ men. i. nullum institor ser uabat limen suum: sed cō/ fundebantur domus. Se/ mira: callis. Nulla pila: ad pilas enim res vendebant: Hora. Nulla taberna meos habeat, vel pila libellos. Lagenis caræatis: vasis clau sis. Iuue. Postq; omnis vbiq; Fixa catenarę siluit compa go tabernæ. Medio luto: occupata via. Nouacula egea: gladius tonsoriorū nō vifus. Stringitur: nudat. q. d. tonsores non tondent in media turba. Menas du xit primus tonsorem e Si/ cilia. Seruat sua limina. i. stant intra suas casas. Fuit magna taberna: erat tota vna officina. Reclusis fori bus grandes: Amillus. de hoc Iuue. Quod discipu/ los inclinet Amillus. si/ ne teste: ambiguum est ver bum: & cum videatur dice re remotis arbitris: id signi ficat quod res ista magnis retribus ageretur. Quod fa cit. i. pathicus & fellator. i. peditabatur & fellabar: quod vt vng sine retribus sic: al terum nabis: alterum ore. Perpetui nunq;: laus est Si li poetę. Perpetui Sili: semper victuri. Volumina. i. se duas (vt puto) hastas diuisi decernebāt penitētiās suas.

De Cæciliano.

Non coenat sine apro noster Tite Cæcilianus, Bellum conuiuiam Cæcilianus habet, Ad Iouem.

Tarpeia venerande rector aulae, Quem saluo duce credimus tonantem, Cum votis sibi quisq; te fatiget, Et poscat dare, quæ Dei potestis, Nil pro me mihi Iuppiter petenti, Nec succensueris, velut superbo. Te pro Cæsare debeo rogare, Pro me debeo Cæsarem rogare. Ad Cæsarem Do.

Abstulerat totam temerarius institor vrbs, Inq; suo nullum limine limen erat, Iussisti tenues Germanice crescere vicos, Et modo, quæ fuerat semita, facta via est. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis, Nec prætor medio cogitur ire luto. Stringitur in densa, nec cæca nouacula turba, Occupat haud totas nigra popina vias, Tonfor, copo, coquos, lanus sua limina seruât, Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit. In Amillum.

Reclusis foribus grandes præcidis Amille, Et te deprehendi, cum facis ista, cupis, Nequid liberti narrent, seruiq; paterni, Et nolet obliqua garrulitate cliens, Non pædicari se qui testatur Amille, Illud sæpe facit, quod sine teste facit. De Silio.

Perpetui nunq; moritura volumina Sili Qui legis, & latia carmina digna lyra, Pierios tantum vati placuisse recessus Credis, & Aonia bacchica serra comæ, Sacra cothurnati non attingit ante Maronis, Impleuit magni q; Ciceronis opus. Hunc miratur adhuc centū grauis hasta virorū, Hunc loquitur grato plurimus ore cliens. Postquam bis senis ingentem fascibus annum Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit, Emeritos musis, & Phœbo tradidit annos, Proq; suo celebrat nunc Helicon foro. In Cinnamum.

Qui tonsor fueras tota notissimus vrbe,

manorum. alibi legitur latia lyra. Pierios re. putas ne solū Silium in poetica versatū? Non ante att. i. non an te proposuit sibi imitandum Maronē: & contulit se ad carmen. Impleuit ma. q. Cic. opus: quia fuit caudicus & declamauit: hos duos proposuit sibi imitandos Maro nem carmine: & Ci. in causis. de vtriusq; habuit prædia. Grauis hasta c. vi. centum viri erāt iudices, apd quos quotidiani lites, & ciuiles agebantur a caudicis. su/ pra de filio Reguli: Iā cla/ mor, centumq; viri. Hasta gra. nam bona ad iudica/ bant his, quibus debeban/ tur: quæ ad modum & res, quæ sub hasta venduntur, ad iudicantem emptori. Hunc: eloquentiam Sili. Plurimus cliens. i. pluri/ mi clientes defensi olim in foro. Postq;: eo anno, quo Nero interfectus est, Silius consulatum gerebat: colla ga Attico: vscri. Tacit. E/ meritos: accepta rude ex caudicis forisibus. Phœbo: carmini. Ingentem annū quo est interfectus Nero: quia tanto tyranno libera tus est totus orbis. Sacer: cōsecratus in libertatem. Asserto. i. vindicato in li/ bertatem ex tanto tyrāno. Celebrat helicon. i. car/ men. Pro foro. i. pro cau/ sis. nam bellum secūdam Punicum carmine scribe/ bat. xvii. lib. quos editis cō mentariis sumus interpre tati. Qui: hic Cinnamus mihi ille videtur, in quem inuehitur Iuue. Patricios omnes opibus cum prouo cet vnus. i. is enim munere mulieris ex tonsore factus erat eques: nunc emissum in Siciliam in exilium inse ctatur: poeta ridēs iterum fore tonsorem cum amil/ sis opibus exilio nullum aliud præsidium ad vitam tuendam habeat.

GEORGIUS

¶ H VNC mirat adhuc cētū grauis hasta virorū. Nō vna erat. c. vitalis hasta: sed plane duplex q̄tu ex Qu. cognoscentis: qui de iudi cis loquēs hęc feri. Aut cū de eadē causa pruniciatū est: vt i reis deportatis: & af fertione secūda: & de parti bus cētū viraliū: q̄ in duas hastas diuerserunt. Val. itē Max. vbi tradit de reclusis iudicis centūvitalis hasta meminit: putoq; cētūvira/ lia iudicia sic apud Ro. agl solita fuisse: quæ ad modū i p̄potenti & sanctissima Ve natorū republica quadra/ ginta vires causa exercē/ tur. Sunt. n. Venetiis bis q̄ draginta viri publico con/

sillo ad iudicandum constituti: quorū alteri ciuiles cau sas cognoscunt. Alteri vero de criminibus, & quæstioni/ bus iudicāt: quo ordine olim apud Roma. centūviri in/ gita viris

Cētūvira les cause quadras gita viris venetiis





DOMITIUS

FDOMINAEamicq. Aetna regna: sicula. Cum fu- geres tristia iura. i. graue & triste iudicium in te. Inuti- lis: nulla arte honestiore praeditus. Quies infelix: ap- pellat quierem infelicem: quia in exilio infelicitate erat futurus in otio. Magister ludi: gladiator. Vendere vo-

Et post haec dominae munere factus eques. Sicanias vrbes aethnaeque regna petisti Cinnam, cum fugeres tristia iura fori. Qua nunc arte graue tolerabis inutilis annos. Quid facit infelix & fugitiua quies? Non rhetor, non grammaticus, ludiue magister, Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes. Vendere nec vocem senis, plausumque theatris, Quod superest, iterum Cinnam tonforeris. In Gargilianum.

Liste bisdecimae numerantem frigora brumae Conterit vna tribus Gargiliane foris. Vah miser, & demens, viginti laugat annis Quisquam, cui vinci Gargiliane licet.

De Labieno. Haeredem Fabius Labienum ex asse reliquit, Plus meruisse tamen se Labienus ait.

In Philaenim. Paeicat pueros tribus Philaenis, Et tentigine sauior mariti Vndenas vorat in die puellas, Harpasto quoque subligata ludit, Et flauescit Aphe, grauisque draucos, Alterno facili otat lacerta, Et putri sutulenta de palaestra Vincta verberare vapulat magistri, Nec coenat prius, aut recumbit ante, Quam septem vomuit meros deunces, Ad quos fas sibi tunc putat reuerti, Cum Coliphia sexdecim comedit, Post haec omnia cum libidinatur, Non fellat, putat hoc parum virile, Sed plane medias vorat puellas, Dii mentem tibi dent tuam Philaeni, Cunnum lingere, quae putas virile.

Ad Rufum. Commendare meas instanti Rufe camoenas, Parce precor socero, seria fors an amat, Quod si lasciuos admittat & ille libellos, Haec ego vel Curio, Fabricioque legam.

genus erat pilae: qui ludus ad viros attinebat. Et flauescit Aphe: hoc est ludic palaestra. Palaestra enim aspergine arene flauescit: luctatori. Aphe graece: latine significat tactum. Aphe igitur i. tactu arene. Qui in hunc locum cum scribit lucta Acheloi aduersus Hercule: Inque vicem fulgur tactu flauescit arene: Flauescit Aphe. i. luctatur: & palastras mulieris carpit lu. Endromydas tyrias & foemineum ceroma: Quis nescit. Graues draucos: drauci, vt supra est expositum, erant grandiores adolentescentes agentes in hispidos: vt patitur domini, q parte batur. lactare pueros alterno brachio in more erat Gymnasia: & exercitatio nis. supra versus hoc indicauit: Aut gradis Linus olibus lacertis: Septemque pueros leuat, vel octo. Kotati: iactat. Facili lacerto. i. rotabulis brachiis. Qui legit alteres non placent. Quid autem sint alteres dicitur in distichis. Lutulenta: vincta ceromate, confecto ex iuro. De palaestra putri: putrem palaestra propter vnguentum: quod placet: vel propter malum olei odorem. Magistri vincti. alipte. In sentum horum duorum ver suum iuuue. ita scribit: Callidus, & cristae digitis impref sit aliptes: Ac summum doming femur exclamare cogit. Quam vomuit septem deunces: vomitione verbat tur mulieres: vt in maiore esuritionem excitarentur. Iuu. Tandem illa venit rubicundula totum Ctenophorum sitiens. & paulopost: Bibit & vomit. Coliphia: panes erant palaestrarum membrum confirmandum: quemadmodum gladiatores auctore Phi Caria vtebantur. Coliphia: iuuue. Luctantur pauca: comedunt coliphia pauca: καλον graece: latine membrum: i. phi fortitudinem significat. Vorat: lingendo & tribadendo. Dii mentem: prouerbium est in insanos. Virile: ad virum pertinere: hoc est quae cum virilia officia exerceas: cunnum etiam lingis: quasi id quoque sit virile. Commendare: ad instantiam Rufum scribit: cuius infra meminisse: Betis olive/ra. huc rogat ne socero suo qui est grauis supercilij, lasciuos locos legat. Comē dare: laudare. Seria: gratia. Admittit: pbat, & patit. Curio & Fab. er grauisimis censoribus. Curum asper natum aurum legimus: Fabri. censorem grauisimum. Iu. Fabricius notet. Gel. Lilius, & Plin. meminerunt.

GEORGIUS

FCOLIPHIA sex. co. De coliphis abunde diximus in Iuuue. Sunt enim panes subcinerici: sed illud miror: quod ethymologiam huius dictionis: non solum commenticiam fecerit: sed plane deridiculam: quando non αρωδ του καλον: quod est membrum: & i phi: sed forma diminutiua: καλονος fiat culitum, & coliphum.

[Hæc:

DOMITIUS

THAEC: Canius poeta Gaditanus habuerat Theophila puella: cuius & pudicitiam & carmē laudat poeta in Theophila hoc significat amica Diis. Voce cecr. i. voce graeca. Hortus attici. academia. fuit locus extra Athenas: in qua docuit philosophia Plat. dicta ab Academo heroe: vt Laer. Dioge. ex testimonio antiquorum scribit. Sunt qui intelligant hortum atticum. i. hortum Epicuri, nā Epicurus, auctore Phi, prius Athenis hortos colere instituit. Pap. Mallet desertere senior garteris hortum. alius codex habet senis altus in hortis. Sui: discipuli nā. Per h. a. i. quodcumque opus Theo. tibi emendaue rit. Viuet. i. erit perpetuus Tam non foemineum sapit. i. tamen est erudita, & graui, & exquisita doctrina. Parthenis: an Violantilla Neapolitanam dicit: quod non placet: proprium nomen est mulieris docta: cuius nullus exat monumentum. alibi legitur Panthenis. Fingentem: antepositur theophila Sappho: quoniam non sit inferior doctrina, & superet pudicitia. Sappho: filia fuit Euriglij, & Leidis: capta amore Phaonis: hac de causa, vt putarunt, quoniam centum capita herba est habens duplicem radicem: altera masculam: alteram foemina: ea dum auellitur si mascula contigerit viro: si vel inuitus amat a muliere. Euenit autem Phaoni. Phi. auctore est. Locus tamen est deprauatus. Itamē Phao nem, & Lesbii, pro & Phao nem Lesbii. Castior: nam illa amauit Phaonē: & tribasuit. Ipsarum: amica mulieri accipitur in bonam partem: amica viro in malam. Philaenis tribas appellabat mulierem amicam: quod non poterat accipere nisi in malam partem: cum ipsa esset tribas: & partibus viri vteretur. Tribas tribadum. i. quae tribas tribades. Recte vocas amicam: quoniam viri officio vteris in eam. Ficosa: ficus pro morbo accipitur: & ficus pro fructu. Domi cufudā pauperis res mira accidit: vt cum omnes domestici haberent ficos morbum: solus ager careret ficis fructu. Dispensator: magister domus. Turpi vlcere. i. ficos: locus est ex ambiguitate verborum. Gratus: Paulum rogat cauidicum: vt magna voce carmina, quae sub eius nomine conferuntur: plena maledictis testetur non esse. Mar. hoc sibi accidere su pra coqueritur: Si me frō-

re legat dominus Faustine ferena. & infra: Vernaculorum dicta fordidum dentem. Atro veneno: maledictis. Patronam vocem: id est tutricem. Gratus Decembris: id est saturnalia sibi tibi fructuosa: nam cauidici a cilitibus in saturnalibus donabantur. Triplices: pugilares. Vani: nullius precii. Grandis reus est: diues ciens. Scyphos auorum. i. pocula archetypa: quae in precio habebantur. Publius latronum ludo delectabatur. Capit: oblectat. Nouum: nomē proprium, qui optime ludebat. Mandris: latronibus. Vitreo latrone: nam vitrea erant in pigro. Ouid. Sive latrocinij sub imagine calculus ibit: Fac pereat vitreo miles ab hoste tutus. Sic fauor arbitri coronae vinctae. i. turba vincta in Gymnasio fauens. Det tibi palmam. i. victoriam, & praemium. De nutri. i. de trigonali pila: qua nulli exercebantur. Sunt qui locum intelligant: vt supra: seu letum ceromateris, lentum ue trigona: quod est vanum. Polybiam Polybus in gymnasio summa erat admiratio: cum manu sinistra fortissime pila trigonali certaret: hanc fortitudinem sinistram negat Plinius in mulieribus contingere: i. sinistram vero fortitudo in trigonali requiebat. In distichis ita loquitur: St me nobilius scis expulzare sinistris Sum tua: si necis, & alibi: Capra bit sinistra dextra, laeuque trigonē. Esquilis: ad Maximum quem cum multis in locis domicilium habere: nusquam poterat reperire, vt saluaret. Colle Dianae: vicus patricius: vici i. v. bevaria habebat nomina: vt Patricius a patriciis. Africus, quia Pœni captiuus illic fuerunt custoditi. Cyprus, quoniam sabina lingua significat bonum. & fabini illic habitauerunt a bono nomine Cyprum appellarunt. Idē dicitur scelera: tus obfactum Tulliae: quae carpentum duxit per ora patris. In patricio vico stiales ludi celebrabantur: spectat Capitolium vetus. Capitolium vetus dicebatur: tantum illic erat facellum Iunonis, & Mineruae antiquus: eade postea extructa in Capitolio. de hoc loco supra intellexit: Quae videt antiquam rusticam Floram louem. auctore est Var. Cybeles viduae: propter Athim suum: quo non potuit potiri. vel viduae pro gallos sacerdotem custodes. Nouum louē: ad differētiam illius facellum, quod dicit vetus.

De Theophila.

Hæc est illa tibi promissa Theophila Cani, Cuius Cecropia pectora vocem madent. Hanc sibi iure petat magni senis atticus hortus, Nec minus esse suam stoica turba velit. Viuet opus quodcumque per has emiseris aures, Tam non foemineum, nec populare sapit. Non tua Parthenis nimium se praeferat illi, Quamuis Pierio sit bene nota choro. Carmina fingentem Sappho laudauit amatrix, Castior hæc, & non doctior illa fuit.

In Philaenim.

Ipsarum tribadum tribas Philaeni Recte quam futuis, vocas amicam.

De Familia Ficosa.

Ficosa est vxor, ficosus & ipse maritus, Filia ficosa est, & gener, atque focer, Nec dispensator, nec villicus vlcere turpi, Nec rigidus fossor, sed nec arator eget, Cum sint ficosi pariter iuuenesque, senesque, Res mira est, ficos non habet vnus ager.

Ad Paulum.

Gratus sicuti Paule sit December, Nec vani triplices, breuesque mappae, Nec thuris veniant leues scilibræ, Sed lances ferat, aut scyphos auorum, Aut grandis reus, aut potens amicus, Seu quod te potius iuuat, capiteque, Sic vincas Nouiumque, Publiumque Mandris, & vitreo latrone clufos, Sic palmam tibi de Tigone nudo tergone. Vincta det fauor arbitri coronae, Nec laudat Polybi magis sinistras, Si quisquam mea dixerit malignus, Atro carmina quae madent veneno, Vt vocem mihi commodes patronam, Et quantum poteris, sed vsque, clames, Non scripsit meus ista Martialis.

Ad Maximum.

Esquilis domus est, domus est tibi colle Dianae, Et tua patricius culmina vicus habet, Hinc viduae Cybeles, illic sacraria Vestæ, Inde nouum, veterem prospicis inde louem, Dic, vbi conueniam, dic, qua te parte requiram, Quisquis vbique habitat maxime, nusquam habitat

sculis.

libidina vi est libidine page ve et Tribas significat frico: graeco vus est Mart. praeter hunc nullus auctor Porph. excepro, qui in verba illa Hora. Et mascula Sappho. Sappho inquit dicta est mascula: vel quod dedit operam poetice: quod est viri & maris: vel quod tribas fuit. Tribadē aut fuisse carmen indicat: quod extat. Philaenis meretrix fuit: quae, vt ex epitaphio graecis versibus conscripto cognoscit, carmine Philocratis poetae laceratur: negat enim ex tumulo se vnquam eo commississe: quae scripserat Philocrates: rogatque ne poetae fides adhibeatur: scripsit haec varia genera concubitus, notata eo versiculo Oui. Nec quae concubitus non tacuere suos. Idē dicitur in obsceno. Virg. carmine: vbi figurat Philaenis tangit. Inde impudicam, & famosam tribadē appellat Mar. Scilicet: intemperantior: & magis infamata. Tentigine: pruritu libidinoso. Vorat: lingendo, & tribadendo. Subligata: subducta veste. Ludit harpasto: harpasta

partiam

rudis

vicin vt be

Capitolij vetus





DOMITIVS

CYLLENES: Carus & Norbana coniuges diem ce- lebrabant: quo matrimonio conficti sur. Poeta rogat Mercurium: cuius numini hac sacra dabatur: vt is dies redeat semper felix: & latus vtrigq; coniugi. Inuocatur au- tem Mercurius ex Aegyptia disciplina: nam Aegyptii caduceum Mercurio dant in specie draconum ma- ris, & foeminae coniunctoru: ita & parte media inuicem alligentur nodo, quem vo- cant Hercules: deinde va- riu flexionibus totum ca- duceum ambiant: hoc ad genituram hominum spe- ctate putabant. Cum ergo pro arcto vinculo Cari, & Norbanæ sacra peragant: i. uocatur Mer. hac cadu- ceiforma. Cyllenes: Arca- diæ mons est Cyllene notu natale Mercurii. Minister nuncius. Virga aurea: ca- duceum. Viret: videtur vi- uere. Furti lasciu. i. adul- terii. Idus maternæ. i. idus Maiæ. Maia mater fuit Mer- curii. Maia item vxor Vul- cani. sed Pifo vxorem Vul- cani Maestam, non Maiã dicit appellari. A matre Mercurii mensis Matas est dictus: quis Mar. fabulosas antiquorum opiniones de hoc afferat eo mense Maiæ & Mercurio rem diuinam ofis mercatores faciebant. Auus: Atlas pater Maia. Mole parca. i. paruo pon- dere: nam dicitur sustinere celum. Hic: duæ, inquit, causæ sunt quare debeas annuere: q; & Carus colit eloquentiam, cuius tu es Deus: & idem minister est Iouis nostri. i. Domitiani: vt tu Iouis fidus: vt tu fi- dus es Tonanti. Antistes: sacerdos literarum. Vis gratis, vis dare: facere tui copiam. Nec vis dare: pre- cium. q. d. si vis dare coitu opus est des precium, cum sis deformis. anusq;. Q. d. re: Philomusus cum a mul- tis inuitaretur: elatus est superbia: quasi amaretur ab omnibus. at inquit poe- ta eum non amari, sed de- lectare alios. Diripiunt: certatim inuitant. Dele- ctas: nam scire delectant non amantur. Cum laxetani: Papius, quem supra dixit veneficu fuisse, mitte- bat munera: sed ea nõ pla- cebant ob veneni suspitio- nẽ: ergo & imprudens erat qui frustra mitteret mune- ra, & genio carebat. Genio caret qui nõ placet supra: Victurus geniu debet ha- bere liber. caret item genio qui spernit voluptates: nõ habebat igitur Genium Pa- pilus: vel quia non place- bat: vel quia meliora mu- nera amittebat. Cum la-

xerani lacerti: lacertus genus piscis: qui minimus est ad saxetum Beticæ. Plin. Hæc Colla: siue Parrius scurra baxetanus a patria Betica: cum sequitur lacertoru nõ mina: nemo est, qui non debeat suspicari munera tua esse venenata, cum tu male cœnes. Conchis est fabatia viridis, vt infra dicitur, & piscis. Cum est legumen: nisi multo oleo perfundatur: nullus est saporis. infra: Si spumet rubra conchis tibi pallida testa: Lautorum cœ- nis sæpe negare potes. Conchis inuicta: sine oleo. Habes nec cor. i. impru- dens: quia male cœnas, & mittis bona munera: p- dis enim te: quia nemo est qui non possit suspicari fraudem cum mittas me- liora: & deterioribus vesca- ris. Nec genium: fraudas enim te voluptate. Pora- ui: iocus. antiqua vina a cõ- sulibus nomen sumebant: nuper poeta cum consule cœnauerat: qui multum appouerat. Vinum con- sulare: videtur dicere ve- tus: sed nouu dicit. Qua- tenus: Marcel. cuius supra meminit, militabat in Ger- mania. Huc hortatur poe- ta Fan. vt mittat sua carmi- na: cum præsertim iam bel- la fileant: q; si vis, inquit, gratiora esse carmina mea illi mitte puerum ingenu- um: cum autem tibi mit- tam carmina vt grata sint, mittam pastoralem puer- rum: nam Faust. iure Ty- burino ita delectabatur: vt nihil illic nisi fructuo- sum vellet. quod supra in- dicauit: Baiana nostri villa Basse Faustini Non otiosis ordinata myrtetis. Trio- nes Odrisios: id est septem- triones. Odrisii populi Thraciæ. Mangonis Mi- ty. græc. Delphici, & Mity- lenyi pueri forma commẽ- dabantur. Lacon: puer la- cedaemonius. Mos erat a- pud Lacedæmonios: vt eph- ebis quo asperiores in bellu essent in ara Dianæ verbe- rarentur. Non cæ. qui nõ dum peruenit ad ætatem qua sit cœdendus. Istro ca- pri. i. Germania deuicta. Tyburinas oues: nam so- loruris fructu delectaris: neq; vis aliquid: quod ad id non pertineat. Trigin- ta: Lausus lecto Mar. libro ait se triginta reperisse epi- grammata non probada. Bonus signat nõ modo nõ paruũ, sed et magnũ. ait er- gor poeta: Si totidẽ reperir- rur epigrammata bona i el? libro: librũ fore bonũ. i. ma- gnũ. Bonus. i. magnus. Vel li. bo. est: si dimidia par- te poterit bonus iudicari placet hæc sententia. alibi: Sũt bona: Sunt quẽdã me- diocria: sunt mala plura. Menophili:

Ad Mercurium.

Cyllenes, cæliq; decus facunde minister, Aurea cui torto virga dracone viret, Sic tibi lasciu non desit copia furti, Sute cupis Paphien, seu Ganymede cales, Maternæq; sacris ornentur frontibus idus, Et senior parca mole prematur auus, Hunc semper Norbana diem cum cõiuge Caro Læta colat, primis qua coiere toris. Hic pius antistes sophiæ sua dona ministrat Hic ture vocat fidus & ipse Ioui, In Anum deformem, Vis futui gratis, cum sis deformis, Anusq;, Res perridicula est, vis dare, nec dare vis, Ad Philomusum, Quod te diripiunt potentiores Per conuiuia, porticus, theatra, Et tecum, quoties ita incidisti, Gestari iuuat, & iuuat lauari, Nolito, nimum tibi placere, Delectas Philomuse, non amaris, In Tuccam, Exigis vt nostros donem tibi Tucca libellos, Non faciam, nam vis vendere, non legere, In Papilum, Cum laxetani ponatur cauda lacerti, Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est, Sumen, aprum, leporem, boleros, ostrea, mulos Mitus, habes nec cor Papile, nec genium, Ad Seuerum, Potavi modo consulare vinum, Quæris q; vetus, atq; liberale, Ipso consule conditum, sed ipse, Qui ponebat, erat Seueræ consul, Ad Faustinum, Quatenus Odrisios iam pax Romana triones Temperat, & tetricæ conicere tubæ, Hunc Marcellino poteris Faustine libellum Mittere, iam chartis, iam vacat ille iocis, Sed si parua tui munuscula quæris amici Commendare, ferat carmina nostra puer, Non qualis geticæ satiatus lacte iuuençæ Sarmatica gelido ludit in amne rota, Sed mitylenæi roseus mangonis ephabus, Vel non cæsus adhuc matre iubente lacon, Attibi captiuo famulus mittetur ab istro, Qui Tyburinas pascere possit oues, Ad Lausum, Triginta toto mala sunt Epigrammata libro, Sitotidem bona sunt, Lausẽ liber bonus est,

Menophili:

DOMITIVS

Menophili: Menophilus cum iudæus esset: ne- inguina circũsecta deprehenderentur: & propterea co- gerecur ad tributum iudæicum: quod imperator exige- bat: pregrandi fibula eas partes velabat. Nuper autẽ cõ- palæstra luderet delabente subligaculo se iudæum pro- didit. Fibula: subligaculi. Penem: caudam dixerunt antiqui: inde pro mētula Põp. Comœdis: comœdia rum histronibus. Nemo i- quit Ci. sine subligaculo p- dit in scenã. Parcere. u. i. ira velle suã vocem seruã re. Subligaculo. n. histrio- nes vtebantur: vt & puden- da velaret: & rem Venereã cohiberent: ne frequẽti cõ- cubitu rauceret: hoc in- dicat Iuuen. Si mulier gau- det cætu nullius fibula du- rat Vocem vendentis præ- toribus: hoc est si cantore delectatur: tot adhibet ille cebras: vt nulla fibula pos- sit cantoris inguina repri- mere: quia soluat etiã peri- culo vocis amittendę, & ali- bi: Soluitur his magna co- mœdi fibula: sunt q; Chri- fogenum cantare verent. Verpus erat: ludus: pro- pterea nolebat inspicit: ne cogeretur soluere tributũ. Eutrapius: Eutrapius ver- bo græco: latine dicitur ve- bani: & Eutrapii dicit etiã, qui supra annorum rasi v- ne grandi corpore cretus, citoq; moriuntur: in quo voce latina caremus: hic p- prium est consoris nomẽ. Subit: succrescit. Expũ- git: expilat. Subit al. quia diu occupatus erat in or- mando adeo: vt altera bar- ba subiret. Dum: Cæcilium seruus imaginem Mar. ha- bebat expressam picturã: quod & Auitus fecerat. vt infra: Non te cglabis subli- mi pectorates. Poeta gra- tias agit carniẽ, eiusq; ima- ginẽ hoc versu ait fore im- mortale. & diuturnore pi- ctura. Peuce: insula ad hoũ Danubil. Tacentẽ Istrũ. i. congelatũ. Spirat: viuere videtur. Hęc loca: Peuce, & Istrũ. Hic vul. i. hoc libro. Apellæũ opus: pictura excellentissimi pi- ctoris: qualis fuit Apelles. Opus Apellẽum intelligit de opere cuiuscunq; pictõ- ris excellentissimi. Opera au- tẽ Apellis hæc celeberrima erant: Venus exiens ex ma- ri dicata delubro Cefaris: de qua locutus est Ouid. Si Ve- nerem chous nunq; pinxisset Apelles: Merfasub æquo- reis illa lateret aquis. Aliã inchoauit: & superasset prio- rem. nisi mors intercepisset. Ploxit præterea Alexan. ful- men in templo Dianæ phezic. Apelles Chous fuit, vixit olympiade centesima. xii. vt Plin. tradit. Quod non: hic volebat videri poeta: quod tantum ederet disticha, aut tetraistica. Scribere lib. i. facere multa epigrammata. Ad natalicias: Sextus ignotos homines ad diem nata- lem suum celebrandum inuitabat: vt mitterent ei mu-

nera, Mart. sæpius inuitatus nihil miserat. nunc igitur non inuitatus est: iocãs accusat Sexti auaritiã, & frau- des. Natalicias. i. ad conuiuium natale. Quid factũ: quid accidit. Præteritus: non inuitatus. Præteriti dice- bantur illi ex competitoribus magistratum qui repul- sam habebãt. Pignora: confirmaciones amicitie. Põ- stulant: ita cupienti. Q. uĩ- dam codex antiquus ha- bet argenti pustulari: & ita est legendum. nam argen- tum pustulatum, seu põ- stulatũ dicitur purissimũ. hoc docet Tranquill. in Ne- rone: vbi scribit imperato- rem exegisse argentum pu- stulatum, & aurum obri- zum dicitur q; sæpius ex- coctum purissimum est, author Plin. Martia. ibi & pustula felix de phiala: nõ pustula bractea est argenti pustulari. Negociatur: quia non dat aliquid tua spor- tula: sed facit negotiatio- nem; & lucretur: non est igitur sportula, sed nego- ciatio. Põscis mune. hoc est expectas munera: inui- cas ad dapes. Iam dices: postquam vides me nihil mittere. Vapulet vocator. i. Mart. non inuitabis am- plius: sed tãquam eadem repelles: quia iam te noui. vel vapulet vocator: nam vocator dicitur qui inui- tat. & vocatio inuitatio. hoc verbo antique vsus Ca- to. Mei sodales conuerit in triulo vocaciones. Si meus: si inquit monstra a dominio amantur: quare non licet mihi domino a/ mate seruum Labyam: immo magis licet. hoc ait poeta: quoniam turpe vi- debatur domino amare aut seruum, aut ancillam. hoc etiam defendit Horat. carmi. Ne sit tibi amor an- cillæ pudori. Lagopodes: ancillæ nomen duxit a clu- nibus leporis. Id enim indi- cat græca compositio: po- test & aspectu leporis. Ca- nius: poeta gaditantis. Ca- tellæ exiguæ: nam Publius delectabatur catella, quæ ista vocabatur. Cercopi- thecus: simia caudata dicitur cercopithecus compo- sitione etiam ipsa: ex india mittitur capite nigro: pilo asinino dissimili voce alius. Simia ira loquitur apud Martia. Si mihi cauda fo- ret cercopithecus eram. Iuuenalis: Effigies sacri ni- tet aura cercopitheci. GEORGIVS SI meus aurita gaudet lagopode Flaccus. De ancilla intelligendum non est: quoniam sequentes omnes com- parationes de Brutis fiant: quæ velut monstra a domi- nis suis amentur: sed potius lagopode legendum est: vt de aue intelligamus: quam Plin. hoc nomine appellat: & ita deseri. Lagopus pedes leporino villo hoc ei nomen dederit: cetero candidæ columbarũ magnitudine. hanc auem duplicem tradit idem scriptor.

De Menophilo.

Dic toga facundi gratum mihi munus amici, Esse uelis cuius fama, decusq; gregis: Appula ledæi tibi floruit herba Phalanthi, Qua saturat calabris culta Galefus aquis. Antartesiacus stabuli nutitor hiberi Bethis in Hesperia te quoq; lauit aqua. An tua multifidum numerauit lana Timauum Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit. Te nec Amyclaeo decuit liuere ueneno, Nec Miletus erat uellere digna tuo. Lilia tu vincis, nec adhuc dilapsa ligustra, Et Tyburtino monte quod albet ebur. Spartanus tibi cedit olor, Paphiaq; columbae. Cedit erythrae eruta gemma uadis. Sed licet haec primis niuibus sint aemula dona, Non sunt Parthenio candidiora suo.

non a lanae praestantia, sed a colore. Lanam enim solitas fuisse illic tingi hic uersus indicat: & Hora. in episto. Te/ stam Miletu vitabit chlamidem. Vincis: superas. Lilia candore. Ligustra nondum delapsa: quae ceciderunt. Virg. Alba ligustra cadunt. Ebur albet: quia frigore asseruatur illic frigiditate. Spartanus. i. olor ledus. Paphia columba: dicata Veneti. Gemma. i. unio. Vnio: nem soli Romani appellauerunt: reliquae etiam getes margaritas. gemmae in coelis oriuntur: quae colliguntur ab urinantibus: & clariores sunt ex mari rubro. Eruta: euulsa. Aemula: fere paria. Primis niuibus: id est nondum tactis. Candidiora suo Parthenio: id est animo sui Parthenii, qui misit.

GEORGIUS

FAN tua multifidum numerauit lana Timauum. Ego magis Altinatam lanae existimo. nam Altinates oues a Colum. commendantur: de quibus etiam poeta haec ait: Velleribus primis Apulia, Parma secundis: Nobilis Altinum terra laudat ouis. Sed euerasse dicit quosdam, qui dicant Timauum vicinum Patauio, coarguendos erat, & refellendos illorum error: & in primis a te, qui sedulus harum rerum inquisitor vis uideri. Ego autem ut errori quorundam occurram: quando res ipsa, & locus huius quaestioni me admonet, quid de Timauo: tum ex lectione uerorum, tum ex inquisitione diligenter nostrorum hominum subiungam: quae illud in primis miror. Eundem egregium alioquin Italiae ruinarum illustratorem affirmare Timauum esse fluuium, quod nostri homines Brentam: omitterent. Miratur enim non indoctos homines querere Timauum in histris: & post testimonia Lucani & Marti. Phinio uixus quaedam dicit in torum falsa de insulis. f. & aquis dulcibus in urbe Veneta scaturientibus: quae uellem uirum alias non indoctum: & tum recentioris historiarum Italicarum urbium inquisitorem laboriosum: aut huc siluisse: aut exactius siu men inuestigasse: quae super terram mergatur: ergo ut quod ego sentio: & uerum esse, aliquando dicam: si uis quem Brentam nunc dicunt: a prisco Meduacus appellatus est: eodem nomine & Bachilio a Thacentinis defluens montibus. Nam hostia Padi Ph. i. scribit. haec ait: proximum portum facit Brondulum sicut Edrone Meduaci duo: & fossa Clodia. Timauus autem per Aquileiensem agrum labitur: & mersus post. xx. millia passuum exit, auctore Plin. Stra. quoque Possidonium secutus Timauum subire terras tradit: insiuit autem in mare pluribus hostiis: quae accola Tergetini sinus fonticulos dicunt: quoniam instar fontium emittunt aquas: ex aduerso quorum est insula parua cum aquis calidis: quae pariter cum est maris crescant. minuunturq; & nunc balnea montis Falconis appellantur. hoc nuper cognitum est diligentia Chronici: qui ex fenatufconsulto chirographam attulit eius tractus: qui intra pectus Alpium, & Tergetinum sinum iacet. Haec sunt, quae de fluuio pro tempore, & praesenti negotio dicere uolui.

¶ Babylonis:

DOMITIUS

¶ BABYLONIS: Babylonii varios picturae colores, auctore Plin. uestibus acu intexebat. uestes autem pictae dictae apud Hom. sunt. Unde triphales deductae sunt. Texta: uestimenta. Picta: distincta. Variantur: ornatur, & pinguntur. Acu semiramia: Babylonia. nam Semiramis regina Babylonis fuit. Aeolium: patre Athamantis patris Phryxii, & Helles ex nepte: unde pecus Aeoli: quare aeres, quo Phryxus nepos Aeoli uectus est in pontum. Licet alii scribant arietem fuisse in signe nauis: quia nauigauit Phryxus: alii pedagogum Phryxii: quem Gamberus rex Scytharum excoriat iussit: ac cepto i munus Phryxo ab Aeta. Fabula obtinuit: ut arietem brutum putemus cuius uellus fuerit aureum.

Non mirer me: hoc est non placeret magis. Auro Athamantis Phryxii filii Athamantis. O quaeris: alius mouebis. Nostra laetitia te te petit lacernam. alibi est ueltra lacerna. Disticha: factur se decipere lector em qui scribat disticha: & ita teneat lectorem breuitate: sed tamen tor scribat: ut librum conficiat. uel, quod placet, ostendit causam quare scripserat longum epigramma. nam cum librum abfoluere uelimus, inquit, quod refert disticha ne scribam, an longiora epigrammata nam quae me hortaris scribere disticha: uis ut placeam breuitate: sed nulla potest esse breuitas: cum faciamus librum. Si liber est: si tenedo ad iustum librum: & si multa disticha legere te oportet. Qui nunc: ita puniebantur damnati, ut ante est dictum, a Dom. ut pereuntes uel tragoe diam representarent: ut supra de Laureolo: & Orpheo uel alia qua ex historia damnatus representat virtutem Scaeuolae uel imitationem: nam & ipse sibi manum comburit imperatoris iussu. poeta de hoc spectaculo edit epigramma. Brutimaleorum: & Porfene. nam Brutus fuit temporibus Porfene. Temnar. i. qui damnatus est representat Scaeuolae. Fruatur poe. i. fruatur laude poene. Regnet: pster ipse damnatus. Adest spe. sui. i. spectat laudem suam. Illa dextra. Totis scilicet totis focibus sacrorum. nam Scaeuola, ut Liui. com. bustit dextram ad aram sacrorum in castris Porfene. Quod ni. & hoc erat representandum ex historia. Muli: ut ille abduceretur ab igne cum pararet etiam sinistram comburere. supra: Sed tam saeva plus miracula non tulit hostis: Et raptum flammis iussit abire uirum. Nolenti: recusanti. Sauior: maiore uirtute quam fuerat dextra Scaeuolae. Laxos: extinctos poene. Piget scire: i. nolo scire. Quid an. nam ob scelus damnatus erat: & ob scelus laudem consecutus comburendo manu for

riter. Noffe: dignam laudem. Nil enim ante dignum laud fecit. Nescio: Dento ducta uxor petiit iustum liberorum. uel quod aliud ipse genus libidinis seclaret: uel quod mariti officium non possit praestare. ut iocatur Mar. de iure trium liberorum supra dictum. Non deliquit: quia uideris fateri te seclari aliud genus libidinis: & non posse arrire. Iura paterna. i. iustum liberorum. Libellis suppli. supplicationibus. Longe: ab Hispania. Aera pta. Aera: tulle frater in exilio erat in Sardinia: quare restitueretur foror sepe impatoris rogauerat: nup ea sedente: & par sis aubus i teatro (Nai id spectaculi gen? edidit. Quod Pap. in saturnalibus testatur: & olim ediderat Nero) columba in gremio decidit: neq; inde uoluit uolare. Columba: Columbae autem fuerunt nunciae grauioribus rebus, alligatis pedibus epistolis: quod in obsidione Mutinensi accidisse antiquorum monumenta testantur: emissa columba a Decio Bruto obfesso in castra consulū. Eudem morem ostendit Iuu. Tanq precipiti uenisset epistola penna. Ex hoc casu theatri nactus occasionem poeta & Aretulle pietatem laudat: roganti Do. profra tre: & poeta quoque rogat dū ita scri. Aues, quae spectabantur in theatro, missiles dicuntur. Casus iuse, hoc est ut hoc uideretur si ne numine accidisse. Inobseruata: i. non retenta. po stea q manebat in sinu non reteta e factu numine Do. Permissa fuga. i. facta potestate euoladi. Exulis: ubi frater exulat. Pia: laborat profra tre. Fletere: exorare. Vora: sororis & alteri. De pr. Paulus Mart. amico missi phiala fateri: nam alibus. Phiala autē solere mitti in saturnalibus ex disticho cognoscit: Quauis calaico rubea generosa metallo: Glorior arte magis, quod meus iste labor. Phiala erat vas coe aque & uino elaboratu. in primis argentea, aut aurea. Iuu. Viro tenet phiala: tibi non comittitur: ut aurū. a Paulo nunc missa: ta subrilis & exilis la mperat: ut nullius ferme p cili. quo poeta Pauli auctori dederit: quigento uide

retur excogitasse quo pacto mitteret exiguum munus cum posset & minus mittere: & nihil si uolebat. Corona pra. i. corona in ludis data. nam coronae fiebant ex bracteis uel auri, uel argenti in speciem florum, quae in ludis suis coronas dedit. Praetores autem praerant certaminibus theatri: unde munera praetoria, quae dantur in ludis theatri. Saeto. de Ner. Magistros certamini praeposuit consulares: forte sede praetores. Iuu. de praefectis ludorum: Nullius fibula durat Vocē uendentis praetoribus. Est igitur tam subrilis, quam bractea coronae praetoriae.

Non ego praetulerim Babylonica picta superbe, Texta Semiramia quae variantur acu. Non Athamanteo potius me mirer in auro, Aeolium dones si mihi Phryxide decus. O quantos risus pariter spectata mouebit, Trita palatina uestra lacerna toga, nostrea De Distichis. Disticha qui scribit (puto) uult breuitate placere, Quid prodest breuitas, dic mihi, si liber est? De Spectaculo Scaeuolae. Qui nunc Caesare iustus spectatur harenae, Temporibus Bruti gloria summa fuit. Aspicias, ut teneat flammis, poenaq; fruatur Fortis, & attonito regnet in igne manus. Ipse sui spectator adest, & nobile dextrae Funus amat, totis pascitur illa sacris. Quod nisi rapta foret nolenti poena, praerabat Sauior in laxos ire sinistra focos. Scire piget post tale decus, quid fecerit ante, Quam uidi, satis est hanc mihi nosse manum.

In Dentonem. Nescio quid de te non belle Dento fateris, Coniuge qui ducta iura paterna petis. Sed iam supplicibus dominum lassare libellis Desine. & in patriam serus ab urbe redi. Nam dum tu longe deserta uxor, diuq; Tres quaeris natos, quattuor inuenies.

De Columba Aretullae. Aera per tacitum delapsa sedentis in ipsos Fluxit Aretullae blanda columba sinus. Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret, Permissa q; sibi nollet abire fuga. Si meliora pia fas est sperare sorori, Haec a Sardois tibi forsitan exulis oris Fratre reuersuro nuncia uenit auis.

Ad Paulum de Phiala. De praetoricia folium mihi Paule corona Mittis, & hoc Phialae nomen habere iubes.

retur excogitasse quo pacto mitteret exiguum munus cum posset & minus mittere: & nihil si uolebat. Corona pra. i. corona in ludis data. nam coronae fiebant ex bracteis uel auri, uel argenti in speciem florum, quae in ludis suis coronas dedit. Praetores autem praerant certaminibus theatri: unde munera praetoria, quae dantur in ludis theatri. Saeto. de Ner. Magistros certamini praeposuit consulares: forte sede praetores. Iuu. de praefectis ludorum: Nullius fibula durat Vocē uendentis praetoribus. Est igitur tam subrilis, quam bractea coronae praetoriae.

Martialis

K 4

colabe  
mau  
tis est in m  
se illius an  
ni manu  
linea, tem  
no nouerit  
clius paca  
i. Paris est  
nostra sup  
vicini, ut  
Aues mis  
fices  
delitit.

Phiala

Munera  
praetoria





DOMITIUS

PEGMA perun. argento incrustare pegmata mos fuit apud antiquos: sed id fecit in magnum luxum C. princeps: praeterea Trāquillus, vt supra de pegmate in Claudio. Perunctum: incrustatum. Hac ne. i. hoc fo/ lio, & lāma subtilissima argēti. Pallida vnda: quia cro/ cus spargebatur i theatro

Virgili locua

Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum Pallida quam rubri diluit vnda croci.

An magis astuti derasa est vngue ministri Bractea, de fulcro quod reor esse tuo?

Illa potest culicem longe sentire volantem, Et minimi penna papilionis agi.

Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ, Et leuiter fuso rumpitur ic̄ta mero.

Hoc linitur spūto lani cariota calendis, Quam fert cum paruo sordidus affe cliens.

Lenta minus gracili crescunt colocasia filo, Plena magis nimio Lilia sole cadunt.

Nec vaga tam tenui discursat aranea tela, Tam leue nec bombix pendulus vrget opus.

Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ, Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.

Fortior intortos seruat vesica capillos, Et mutat latias spuma bataua comas.

Hac cute ledæo vestitur pullus in ouo, Talia lunata splenia fro. te sedent.

Quid tibi cum phiala, ligulâ cum mittere possis? Mittere cum possis vel cocleare mihi?

Magna nimis loqmur, cocleâ cū mittere posses, Deniq; cum posses mittere Paule nihil.

In lactatorem.

Archetypum Myos argentum te dicis habere, Qd sine te factū est, hoc magis archetypū est.

In Pessimos coniuges.

Cum sitis similes, paresq; vita

Vxor pessima, pessimus maritus,

Mirror, non bene conuenire vobis,

Ad Cæsarem Do.

Regia pyramidum Cæsar miracula ride,

cuit: vnde vestes bombicina siebat, quibus mulieres Ro manæ pellucebant. Creta. i. terra silimusia, siue chia: q̄ faciebat ad poliendam cutem: qua utebatur Fabulla.

Bulla: erat ornamentum pueri ingenui in specie cor/ dis remediis quibusdam inclusis aduersus inuidiā. Bul/ la item significat aquam tum escentem. Varro in re ru/ stica. Vita nostra bulla est. de hac intelligit Martia.

Offensæ aquæ: percuf/ sã. Crassior: crassiore su/ perficie q̄ phiala, quâ mi/ hi misisti. Vesica: tegmen/ rum, & mitellam capitis si/ gnificat subtilissimā: qua/ germanorum crines cōte/ gebantur. Bataua spu. i. germanico saponē. Sapo autem Gallorum est inuen/ tum ad crines colorados/ cum autē sit in præcipuo/ vsu Germanis, Spuma Ger/ mana dicta est. In distichis

Causica theuonicos accē dit spuma capillos: Capti/ bis poteris cultior esse eo/ mis. Spuma bataua. i. sa/ ponis, qua illinuntur cri/ nes. Mutat: nam colorat/ crines. Pullus: cygnus.

Ouo ledæo. i. ouo cygni/ nam pullus id est cū alijs/ ouis cygnorum: qua pulli/ vestunt. Splenia: flameo/ la subtilissima: vt supra est/ dictū: Splenia tolle; leges/ quæ ita capiti compone/ bantur: vt dum a frōte ad/ vtrāq; genam ducuntur:

relinquantq; vultus spaciū/ apertum: cornua lunæ ef/ fiant. Fronte lunata: id/ est ita composita: vt videa/ tur cornuta tanq̄ luna.

Cocleare: mittebantur in/ saturnalibus. infra. Sū co/ cleis habilis: sed nec minus/ habilis ouis: Nunq̄ eis po/ tius cur cocleare vocet.

Mitte mihi: q̄ melius fuis/ set q̄ excogitã hoc: vt pau/ ca mitteres. Archetypū: archetypa vasa dicebatur/ vetustissima: & quoniam/ erant in precio: archetypa/ etiam significabant precio/ sa. In furem siue captorē/ hoc est distichon: quia ar/

chetypa vasa habebat: nulla sua pecunia cōparata. Vas dicitur factum sine te: hoc est sine sumptu tuo: & sine te factum dicitur: hoc est nondum te nato. hic iactabat se habere archetypa. Myos. i. vasa ab ipso Myoe sculptore facta. Mar. respondet eo magis esse archetypa intelligēs eo esse maioris precii: qm̄ sine eo facta sunt: intelligens sine eius sumptu: cum ille posset intelligere Mar. dicere magis archetypa. i. vetustiora: & sine eo facta. i. antequā natus esset. Myos: artificis sculptoris: quem ad modū archetypum. i. Mentoris. in dist. Mys seruus fuit Pytha/ Mys præterea Agragas: Betus eodem tempore clarue/ runt argento cælando. Myos opere erant in aede Liberi patris Rhodi: Silenus, Cupido. Cum sitis: miratur con/ iuges pessimis moribus non conuenire: cū ita oporteat eos esse concordēs: quem ad modum & boni conueniūt.

Conuenire vobis. i. non esse cōcordes. Regia pyrami/ dum: laudat gdes Do. quæ a edificata fuerunt a Rabirio/ magis enim placet, q̄ supra dixit Rabirium struxisse a/ des Domit. q̄ aedem Iouis Capitolini. Ride: contem/ ne. Miracula regia pyramidum. nam Pyramides sunt/ structæ a regibus.

Teoum

DOMITIUS

EOVM opus. i. orien/ tale. Labor in reoticus. i. pyramides ægyptic. Quo/ ta pars: id est minima pars Domitiani. Credas: crede/ re posses. Pariter assurge/ re. i. superimponi. Offa breuior: minor. i. cū mon/ tes a gigantibus fuerunt superimpositi: vt reperent/ cælum domo palatina.

Apex: summitas aulæ Pa/ latinae. Serenus: qui in se/ renum confurgit. Et pri/ us: summa loca primo so/ le illustrantur. tantæ alti/ tudinis hanc aulam esse di/ cit poeta: vt sol nascēs pri/ us eius apex attingat: q̄ montem Circes filia suæ.

nam Circe Solis filia fuit, vt cecinit Vir. vt Diod. Aee/ tæ & Hechates. hęc cum re/ gem Sarmatarum, cui nu/ pferat, veneno substulisset: expulsa a populis, in/ Italiam venit: quib; pa/ rum recte Home. verba in/ terpretantur, eam ignotā/ Oceani insulam tenuisse/ putent. Circeam autē mon/ tē ita scribit Vlysses apud/ Home. E specula, inquit, vi/ di insulam: quam Ingens/ pontus ambit sita est ipsa/ terra. vidi autem in medio/ fumum. Virg. Atq; hic Ae/ neas ingentem ex æquo: e/ lucum Prospicit. præterea/ Inaccessos vbi Solis filia lu/ coe Seruat. Apollonius, & Theophrastus meminerūt/ Arcano lumine: alius mor/ talibus: quia ante q̄ Sol a/ spiciatur ab aliis apex do/ mus Do. illustratur. Qd: Polycarmus cum vellet li/ beralis videri: reddidit ta/ bellas Caietano: qui debi/ tor erat: vt illæ tabellæ te/ stabantur: sed nunq̄ solu/ turus. Mart. negat hoc fuis/ se liberalis animi dedisse/ x. millia: quæ non erat ha/ biturus: quod si vult libera/ lis videri: credat duo mil/ lia: & seruet tabellas. c. mil/ liū: quas restituerat. Red/ dis tabellas: quibus debe/ bat. c. millia. Crede: id est/ mutuo duo millia, quæ do/ nabis. nam ille nunq̄ resti/ tuerit: ita eris liberalis. Qui/ præstat: Melior duos ha/ buit pueros: quorum alter/ Blæsus dictus ē: alter Glau/ cia. Blæsum prius amisit, quem pudice amabat: de/ inde Glauciam, quem edu/ cabat: vt lenire desiderū/ Blæsi amissi. Blæsus apud/ inferos his versibus Glau/ ciam agnosce: vt est apud/ Pam. Pox vbi delicias, & ra/ et pignus amici sensit: & amissi puerum solatia Blæ/ si, Tollit humo. Attedius

Bulla

Vesica

Sapo

Circe

Splenia

Circeus

Archetyp

Melioris

pueri

Mys

Iam tacet eoum barbara Memphis opus. Pars quota parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ Clarius in toto nil videt orbe dies. Septenos pariter credas assurgere montes, Thessalicum breuior Pelion ossa tulit. Aethera sic intrat, nitidis vt conditus astris Inferiore tonet nube serenus apex. Et prius arcano satietur lumine Phœbi, Nascentis Circe quam videt ora patris. Hęc Auguste tamen, quæ vertice sydera pulsat, Par domus est cælo, sed minor est domino.

Ad Polycarmum.

Quod Caietano reddis Polycarme tabellas, Millia te centum non tribuisse putas? Debit hæc, inquis tibi habe Polycarme tabellas, Et Caietano millia crede duo.

Ad Meliorem.

Qui præstat pietate pertinaci Sensuro bona liberalitatis, Capet forsitan, aut vicem reposcat. At si quis dare nomini relicto Post manes tumulumq; perseueret, Quærit quid nisi parcius dolere? Refert sis bonus, an velis videri? Præstas hoc Melior sciente fama, Et de munifica profusus arca Ad natalitium diem colendum Scribarum memori, piæq; turbæ Quod donas, facis ipse Blæsi, Hoc longum, tibi vita dum manebit, Hoc & post cineres erit tributum.

Ad Domitianum.

Qui pallinæ caperet conuiuia mensæ, Ambrosiasq; dapes, non erat ante locus. Hic haurire decet sacrum Germanice nectar, Et Ganymæda pocula mista manu, Esse velis (oro) serus conuiuia tonantis, Attu si properas Iuppiter, ipse veni.

Ad Priapum.

Non horti, neq; palmitis beati, Sed rari nemoris Priape custos, Ex quo natus es, & potes renasci, Furaces moneo manus repellas, Et Siluam domini foci referues. Si defecerit hoc, & ipse lignum es.

Ad Faustinum.

Tristis Athenagoras non misit munera nobis, Quæ medio brumæ mittere mensæ solet, An sit Athenagoras tristis, Faustine videbo, Me certe tristem fecit Athenagora.

Melior diē natalē Blæsi ēt mortui sin gulis annis cele brabat: hoc laudat a poe/ ta. Qui præstat: sensus est: ille qui præstat viuo a/ mico aliquid: agit id, vt ali/ quid expectet: at qui mor/ tuo facit id præ amore tan/ tum agit: non vt capiet hęc reditatem ab amico. No/ mini re: id est mortuo ami/ co. Dolere parcius: nisi vt consoletur dolorem ami/ ci. Refert: magna est diffe/ rentia. Nomen Blæsi: id est memoriam Blæsi. Solen/ nibus: diebus natalitibus ce/ lebrandis. Piæ turbæ: ce/ lebratium natalem. Scri/ barum: quia Blæsus erat de turba scribarum. huius/ Hora. Facis Blæ. quia ni/ hil inde expectas: sed totū/ id possidetur a Blæsi: & Blæsiatum est. Qui: in/ laudem domus, de qua su/ pra. Decet: par est. Sacru/ nectar: id est diuinum po/ culum. Oro velis: oro vt/ sero velis ire in cælum in/ cœnatione Iouis. At si/ properas o Iuppiter: id est/ si vis cito habere Dom. con/ uiuiam. Non: minatur se/ Priapum custodem horto/ rum combusturum: nisi/ custodierit siluam: vnde/ possit ministrare alimenta/ foco. Palmitis beati: id est/ magni vini. Rari: exi/ gui, & præclari. Ex quo: nemore. Es natus: es fa/ ctus. Defecerit hoc: ne/ mus. Et ipse lignum es: & ipse potes comburi: quasi/ dicat tu ardebis. Tristis: alibi locatur in Athenago/ ram: vbi plura de eo dicen/ tur. Non misit munera: saturnalia. Medio mense/ brumæ: id est mense Decē/ bri: quo mittebatur satur/ nalia munera.

Virgili locua

Lamina bractea

Cariota

Carlotides

Colocasia

Bombix

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua

Virgili locua









DOMITIUS

DE T: quando hilarius blebant antiqui, tot cyathos sumebant: quot itergerant: nomina amicarum. supra. Ne via sex cyathis: seprem iustina bibatur. In stas. i. ltera numerus elementorum. Instas author fuit muneris: quia ille misit hanc phialam. Si Te/ Jerhusa: quando expectabat amicas parcius bibebant quoad illa venirent. supra de Ruffo dixit. Dominas: Telehuse. Tuo triente. i. ego parabo quatuor cyathos. i. epotis quatuor cyathis. Si dubia est: an sit vera rura amica. Vtrung no/ men. i. Instante, & Ruffum, i. de st. xi. cyathos. Formo/ sam: Cecus amabat puellam formosam: formosa iquit est: sed ut cunq; res sit, plus amat q; videt. an hoc allu/ dit ad illu cecū. Lu. Qui nū q; vife flagrabat amos puel/ le cuius etiā meminuit Plī. in epist. sed placer hūc esse alium: quē ad modū supra est: Codrus qui cæcus ama/ bar. Tonforem: tōforem Ruffo miserat: quem ille tā diu detinuit barba tenden/ da, ut qui imberbis erat, sit reuerfus barbatus. huius tōforis mollitiem antepo/ nit puero Neronis: q duos habuit in delictis: Sporo, quem habuit iuste sponsa duxit vxorem: Doriphorū, cui ipse nupsit: quē Tran/ appellat Doriphorū, Taci/ rus Pythagoram: his verbis Pythagore ex grege contra/ minatorum nupsit. & ifra: Qualls Pythagoras dabat Neroni. Suntq; qui legant Thalamus Neronis: ut tha/ lamus sit tonforis nomen: sed non placet. Talem ar/ tem: rōndēdi. Barbę Dru/ forum. i. Neronum. In ge/ nas equādas. i. barbā equā dā barbatus est reuerfus: & indicat detinuisse & mēses & annum. Censura spe. i. speculo censore. Epaphrē/ resim: epaphrēsis numer? crinib; excogitatus a mol/ floribus: qui consiciebat in/ succisa variis locis comas cum alienum ab hac mol/ licie ostendit Scipionem Si/ lius ita canit: Matia frōs: facilesq; comę: nec pone: re/ troq; Cæsaries breuior. itel/ ligēs. ut puto, de epaphrē/ si. Longam. i. dum diu tō/ des. Auditur: Do. consicie/ dis feris delectabatur: qd testatur Tranq. Idē affum/ pferat sibi nomen Alcide/ maioris: culus factū. ut imi/ taretur, nuper in arena p/ strauit leonem: quod olim/ Neto facere statuerat: ferat

Det numerum cyathis instantis litera Ruffi. Author enim tanti muneris illa fuit. Si Telehusa venit, promissaq; gaudia portat, Seruabor domina: Rufe triente tuo, Si dubia est, septunce trahar, si fallit amantem, Vtiugulem curas, nomen vtrunq; bibam.

De Aspro.

Formosam plane, sed cæcus diligit Asper, Plus ergo, ut res est, q; videt Asper, amat.

Ad Ceditianum.

Tonforem puerum, sed arte talem, Qualis nec thalamis fuit Neronis Druforum cui contingere barbæ, Aequandas semel in genas rogatus Ruffo Ceditiane commodau, Dum iussus repetit pilos eosdem Censura speculi manum regente, Expungitq; cutem, facitq; longam Detonans epaphrēsim capillis, Barbatus mihi tonfor est reuerfus.

Ad Cæs. Do. de Leone.

Auditur quantum Massila per auia murmur, In numero quoties silua Leone furit. Pallidus attonitos ad plena mapalia pastor Cum reuocat Tauros, & sine mente pecus, Tantis in Ausonia fremuit modo terror arena, Quis non esse gregem crederet? vnus erat. Sed cuius tremere ipsi quoq; iura leones, Cui diadema daret marmore picta nomas. O quantum per colla decus, quem sparsit honorē, Aurea lunata cum stetit vnda iubæ. Grandia q; decuit latum venabula pectus, Quantaq; de magna gaudia morte tulit. Vnde tuis Libyæ tam felix gloria siluis? A Cybeles nunquid vnerat ille iugis? An magis Herculeo Germanice misit ab astro Hanc tibi vel frater, vel pater ipse feram?

In Catullam.

Formosissima quæ fuere, vel sunt, Sed vilissima quæ fuere, vel sunt, O q; te fieri Catulla vellem Formosam minus, aut magis pudicam.

Ad Flaccum.

Temporibus nostris ætas cum cedat auorum, Creuerit & maior cum duce Roma suo, Ingenium sacri miraris abesse Maronis, Nec quenq; tanta bella sonare tuba, Sint Meccenates, non deerunt Flacce Marones, Virgiliumq; tibi, vel tua rura dabunt.

magnitudine admiratur: & fortitudine imperatoris laudat poeta. Tantis ter/ ror. i. cæcus timor. In ar/ auf. in theatro Dom. Per/ auia massila. i. per saltus Massilię partis Libyę: & leu/ tate equorum, & ferarum multitudine nobilis. Pal/ lidus: timens. Sine mente pe. i. attonitum. Iura. i. superciliū. Nomas picta marmore: intelligit hunc leonem superasse. of. Nu/ midicos leones. Nomas. n. græce: latine Numidia est. Picta mar. propter mar/ mor, quod ex Numidia af/ ferebat. Id genus marmo/ ris M. Lepi. collega Catulli in cōsulatu primus Romę ondit. Nomas picta mar. i. Numidici leones elige/ rent hūc regem: & darent coronam. nam quod de si/ gura marmorea Romæ a/ iunt: nec conuenit: nec ve/ rum est. supra tamen: Et locus marmoreus feris di/ stinctus Exoruant pictæ q; platanona ferę: sed nō con/ uenit. Lunatq; tortę. Sre/ tit: inhorruit. Iubæ: iuba/ ti enim leōes generosiores habebantur. Quam dec/ quia q; par fuit. De mag/ morte: manu Imperatoris A iugis Cyb. nam currus Cybeles vehitur a leonib;. quod Vlr. cecinit, & Lucre/ tius: Hanc veteres Graium docti cecinerit poetæ: Sed/ bus in cursu bitugos agita/ re leones. Frater: Titus, q; relatus est in numerū Deo/ rum. Vel pater. i. Vespas/ sianus. Ab astro Herc. i. a leone interfecto ab Hercu/ le: qui in cælo est astrum. Formosissima: in Catullā quæ cum ob elegantia for/ mæ a multis appeteretur, habebatur vilissima. optat poeta ut aut minus formo/ sa fiat, ne a tot appetatur: aut magis pudica, ne sit vi/ lis. Temporibus: reddit rationē Flacco mirati qua/ re in pristinam dignitatē Roma restituta a Dom. nō adfuit quoq; antiquorum poetarum ingenia: quia. s. defunt Meccenates, q; dent munera. Cędat: vincatur magnificentia. Cum suo duce: Dom. Tanta tuba: quanta cecinit Virg. Ti/ tyrus: persona sumpta est a Theocrito, & Virgilio. Id autem significat hircū ma/ gnum lingua libyca, si Pro/ bo credimus. sed Stra. pla/ cetq; Tityros fuisse Bacchi sa/ cerdotes: ut Silenos, Sathy/ ros, Bacchas, Lęgas, Thia/ des, Mymalones, Naiades nymphas. Tityrus autem carmine notum est Virg.

Massila

Nomas

Tityrus sacerdos

Miseræ

DOMITIUS

PMISERAE Cremonę: alludit ad carmen Virgilit: Mantua ue miseræ nimis vicina Cremonę. Tuscus eques: Meccenas fuit ordi/ nis equestris: & a Tusci re/ gibus ducebat originem. Alexis: fictum nomen. ita enim nō appellabatur: sed dicebatur Alexander: sed ut carmini conueniret no/ men est mutillatum: & cū poeta lasciuū carmē scrib/ in hunc appellat se Cory/ donem. Domini: Virgilit. Marmorea: candida in speciem marmoris. Pin/ guis Galatæ. i. pingue car/ men de Galatæ. Attoni/ to: amore Alexis. Thesty/ lis: nomen mulieris, culus & Virgil. & Theocritus me/ minit. Excidit: ex animo discessit. Arma, virumq;: alludit ad carmen Virgilit. Qui modo vix culicem: opere, quod extat: vbi cull/ cis pastor mortem deslet. Rudiore: impolito carmi/ ne. huius meminit Pap. an/ te annos culticis Maronia/ ni. Varlos: qui temporib; bus Cæsaris habuit, quem amaret. Marfos: Marfus amauit Melenē. Magna: conglariū ter dederat. Co/ mi. quod ne videatur scilicet: ut alienos populū ani/ mos conciliaret (ea enim ferme de causa cōglarium dari solebat) poeta ait non allicit populū ad amorē Imperatoris muneribus: sed alliciat ad amorem mu/ nerum dignitate impera/ toris, qui donat. Nō pro/ pter præmia. i. conglariū. Toties: te victor. Ducū: qui omnes duces vincit. Et victor tui: ille se ipsum dicitur superare: qui nihil agit præter rationem: & ap/ petitum domat. alibi: Ar/ dua res hęc est opibus non tradere mores. An victor sui ipsius Domitianus: qa/ iam non habet cum qui/ bus contendat: sed secum certat, & se quotidie supe/ rat virtute: quod & de Craf/ so scribit Cice. qui quoties dixit allos superauit eo die seipsum. Tres habuit: Pi/ cens adeo senex erat: ut cō/ dito tumulo suo expuerit tres dentes, qui ceciderunt in sinu. Nouissima frag/ menta. i. vitimos dentes. Picens item apud Iuena. Tum Picens accipe dixit, Laxioris: eneruati, & lan/ guentis. Licet: cōceditur. Præstitit officium: quia sepellit ipse suos dentes. Cū tibi: Artemidorus no/ men compositum est: signi/ ficatq; Dianæ donum: quo

Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ, Flebat & abductas Tityrus æger oues. Risit Tuscus eques, paupertatemq; malignam Reppulit, & celeri iussit abire fuga. Accipe diuitias, & vatum maximus esto, Tu licet & nostrum dixit Alexin ames. Astabat domini mensis pulcherrimus ille Marmorea fundens nigra falerna manu, Et libata dabat roseis carchesia labris, Quæ poterat ipsum sollicitare Iouem. Excidit attonito pinguis Galatæ poetæ, Thestylis & rubras mellibus vsta genas. Protinus Italiam concepit, & arma virumq;, Qui modo vix culticem fleuerat ore rudi. Quid Varios, Marfosq; loquar, dictataq; vatum Nomina, magnus erit quos numerare labor? Ergo ero Virgilius, si munera Meccenatis Des mihi, Virgilius, non ero, Marfus ero.

Ad Cæsarem Do.

Magna licet toties tribuas maiora da' urus Dona ducum victor, victor & ipse tui, Diligeris populo non propter præmia Cæsar, Propter te populus præmia Cæsar amat.

De Picente.

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes, Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum, Collegitq; sinu fragmenta nouissima laxi Oris, & aggesta contumulauit humo. Ossa licet quondam defuncti non legat hæres, Hoc sibi iam Picens præstitit officium.

In Artemidorum.

Cum tibitam crassa sint Artemidore lacernæ, Possum te Sagarum iure vocare meum.

In Luscum furem.

Aspicias hunc vno contentum lumine, cuius Lippa sub attrita fronte lacuna patet, Nec contemne caput, nihil est furacius illo. Non fuit, Autolycti tam piceata manus. Hunc tu conuiuam cautus vitare memento, Tunc furit, atq; oculo luscus utroq; videt. Pocula solliciti perdunt, ligulasq; ministri, Et later in tepido plurima mappa sinu. Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit, Et tectus lenis sæpe duabus abis. Nec dormitantem Vernam fraudare lucerna Erubuit fallax, ardeat illa licet. Si nihil inuasit, puerum tunc arte dolosa Circuit, & soleas surripit ipse suas. In Claudiam. Summa palatini poterat æquare colossi,

nomine erat superbus, & elatus: at poeta ait cū craf/ fas habeat lacernas: nō mo/ do Artemidorum: sed Sa/ garum posse appellari a fa/ gis: hoc est vestibus viliori/ bus, quas gestabat. Aspi/ cis: in Luscum furacē, quē ad furta duos oculos habe/ re ait: & locatur dūm sin/ gula eius furta commemo/ rat. Lacuna: concuuitas oculi euulsi. Lippa: stillas & manans. Ne contemne caput: quia habeat vnum oculum. Autolycti: Auto/ lycus filius Mercuri fur/ notissimus Eleonem oppi/ dum Parnassi, ut Home. & Crates scribunt, tenuit cū proxima loca furto infesta/ ret. Secutus scrib. Autolyctū nō potuisse tenere Eleo/ nem in Parnasso: cum illic non sit Eleo oppidum. sed Neo. Tam piceata: quia caput quequid attingit vt pax: tunc cum est conuiuia. Ligula: instrumentum ar/ genteum est: de qua in di/ stichis. Subducere: subfu/ rari. Fraudare Vernā lu/ cerna. i. non erubuit eripe/ re lucernam Vernæ. So/ leas: sensus est: si nō potest furari aliquid alienum: fu/ rat soleas puero suo: quas commisit custodiendas: nā cœnaturi deponebant so/ leas alibi: Deposui soleas af/ fertur p̄tinus ingens. Pue/ rum: seruum suum. Arte dolosa. i. furto. Summa: Claudiam tantæ magnitu/ dinis esse ait: vt si voluerit esse par colosso Domi. eam oportet sic esse minorem sex quipedes: tam portento/ sa magnitudinis fuerunt apud antiquos: Gembara nouem pedum: Pusio, & Secundilla nouem pedum cum dimidio. Aequare: par esse. Colossi palatini: de statua equestris Domi/ quæ erat iuxta palatium. po/ tes & de colosso Apollinis intelligere: qui fuit erectus ab Augusto in parte pala/ tii.

Autolyct

Ligula

colossus

no amant

Neronis pueri

Epaphrē resis

de Xgilio et Mecceno. vid. fo. 64. p. 2. epi. phrēbe. de Xgilio et Mecceno vid. fo. 178. p. 1. epi. sępe.





DOMITIUS

PEXQVIPEDDE:pede vno cum dimidio. de sexq hora, sexquiplaga, sexqui- pede alibi diximus. Liuet Carinus: in Carinum inui- dum: qui virtuti non inui- debat: sed vel exiguus diui- tiis. nunc rumpitur Mar- tiale possidente mulu suu. & suburbanum: cum ille esset ditissimus: impreca- tur poeta tanta inuidia, vt ipse possideat mulum, & suburbanum: hoc est ad eandem deueniat conditio- nem. Carinus: contrarium nomen est inuidenti. nam Carinus significat lacrum.

Carinus

Liuet: rumpitur inuidia. Inuidere liuentis est. Vnde pendeat. unde suspensio. hic enim exitus est inuidi. Et cedro perunctus. i. oleo cedrino. na hic preciosi libri & bona carmina seruabantur. Rus astitiu. i. rus ad astitiandum. Mulis: non, vt ante, conductis: sed meis. & mulum condum scri. Hora. in sermo.

Opto habeat mulos, & suburbanum. i. opto amicitat diuitias, quas habet: & sit nostrae conditionis ac fortunae cui inuidet. i. sit pauper. Scribit: Consules, & duces in charta transuersa scribebant: author est Trajanus sed scribere hic in charta auersa, vt puto, accipitur pro eo quod est scribere in pagina a tergo. Picens: tanta longa scribebat epigramata: vt & tergum impleret: neq placebat. poeta aut non esse mirandum, si cum in charta auersa scribat: auerso quoq deofaciat versus, designas loquacitatem Picentis. Auerso Deo. i. nulla gratia. nam illi scribunt carmina Deo auerso: qui non placent. alibi: Carmi- na quod scribis musis & A/polline nullo. Thestylon: Aulus is tantum vatibus blaudiebatur: quorum pueros amabat: hoc pdit Mar- Thestylon puerum Voco/ni. Delicias vatium: sunt delicias poetarum. Vt poetas: mittebantur munera amicis, cum diem natalē celebrabant: Clytus vt frequenteriora munera colligeret: nouies celebrabat die suum natalē in anno. poeta moner, nisi desisterit tam multos natales celebrare, se non putaturum esse semel natum: hoc est non missurū vel semel munus. Nascris: diem natalē celebras. Non natalitias calendaras. i. singulis mensibus celebras natalem: exceptis scribis, vel quatuor: tu no-

Si fieres breuior Claudia sexquipedē, In Carinum. Liuet Carinus, rumpitur, furit, plorat. Et quærit altos, vnde pendeat, ramos. Non iam quod orbe cantor, & legor toto, Nec vmbilicis quod decorus, & cedro Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes, Sed quod sub vrbe rus habemus æstiuum, Vehimurq; mulis non, vt ante, conductis, Quid imprecabor o Seuere liuentis? Hoc opto, mulas habeat, & suburbanum.

De Picente.

Scribit in auersa Picens epigrammata charta, Et dolet, auerso quod facit illa Deo.

De Aulo.

Thestylō Aulus amat, sed nec mius ardet Alexi, Forsitan & nostrum sic Hiacynthon amat, In nunc, & dubita, vates an diligat ipsos, Delitias vatium cum meus Aulus amet.

In Clytum.

Vt poscas Clyte munus, exigasq; Vno nasceris octies in anno, Et solas puto, tres ue, quattuor ue Non natalitias habes calendas, Sit vultus tibi lenior licebit Tritis littoris aridi lapillis, Sit moro coma nigrior caduco, Vincas mollitie tremente plumas, Aut massam modo lactis alligati, Ettalis tumor excitet papillas, Quales cruda viro puella seruat, Tu nobis Clyte iam senex videris, Tam multos quis enim fuisse credat Natales Priami ue, Nestoris ue? Sit tandem pudor, & modus rapinis, Quod si ludis adhuc, semelq; nasci Vni iam tibi non fat est in anno, Natum te Clyte, nec semel putabo.

Ad Domitianum.

Hic vbi fortunæ reducis fulgentia late Templā nitent, felix area nuper erat, Hic stetit arctoi formosus puluere belli Purpureum fundens Cæsar ab ore iubar, Hic lauro redimita comas, & candida vultu Roma salutauit voce, manuq; Ducem, Grande loci meritum testantur & altera dona, Stat sacer edomitis gentibus arcus ouans, Hic gemini currus numerat elephata frequenter, Sufficit immensis aureus ipse iugis, Hæc est digna tuis Germanice porta triumphis, Hos aditus urbem Martis habere decet.

bls videris senex: cum celebraueris toties natalem.

Licebit: quis. Moro ca/duco: pugnator: vt supra Massam: metram. Alligati: coagulati. Cruda: inu/pta. Sit pudor: pudeat te.

Modus: finis. Nasci se/mel: vnum tantum celebra/re natalem in anno. Nec putabo te natum semel. i. ne ipso quidem die natali munus mittam. Hic vbi Domi. authore Tran. post victoriam Sarmaticā, cum multis arcus cum quadrigis, & insignibus triumphorum per regiones vrbis exisset: maximum sibi poni voluit: hunc celebrat poemata carmine. Fuit etiam conditum templum. Fortu/ne reducis: quod reducem seruasset imperatorē. Fortuna variis nominibus tēpla habebat: nā erat ædes Fortu/ne reducis: & vt Plu/tarchi verba ex quæstionibus recitemus, Euclidis: Atropæ, Protogeniæ, Viscæ, Breuis, hæc condita est: seruius Tullo erat & tēplum malæ Fortu/ne in esq illis. Felix area: locus paratus ad ædificandum. Vel felix. i. ampla. vel quia conditum postea illic templū.

Iubar: radios. Arcus ornans: triumphalis. Stat: erectus est. Gemini currus: nā arcus habebat quadrigas. vel propter duplicē triumphum: quem hætenus reportauerat ex Dacis Ipse aureus. i. statua Domit. aurea. non enim passus est poni sibi statuanē nisi auream. & argenteam: vt Tranquillus tradit. Sufficit: par est. Immenis iugis: quadrigis. Vrbē Martis: Dei bellorum. Hos aditus. i. triumphales: id est vt imperatores agant tales triumphos.

GEORGIUS

SCRIBIT in auersa Picense epigrammata charta. Vix ego crediderim quā ex vtraq; parte scribatur, & latera ipsa quodammodo opponantur paginis. vnde Hieronymus: Ex latere in paginam. Auersa autem charta scribere erit non in formam paginæ, aut memorialis libelli scriberet: sed potius transuersa est in oblongum versa.

Augustos

DOMITIUS

FAVGVS TO: Silius poeta tertium consulatum accepit a Dom. comparat eum poeta consulem tertium cum Pompeio: qui tres consulatus gessit: & decus Siliū anteponit rebus omnibus, quas tribus illis consulatibus gessit Pompeius: hac vna ratione: quoniam Dom. dederat tertium consulatum iuge maior senatu, & Cæsare: q dederunt tres consulatus Pom. Augusto: Do. Bis se nos facies: consulatum.

Noto consule. i. ad Siliū: qui bis fuerat consul. So/nare: pulsare. Nobili vir/ga: fores a magistratibus virga licitorum pulsabantur. Papi. de conuentu ad Stellam: Et multa pulsantur limina virga. Liius in sexto ab vrbe: Forte accidit vt licitor Sulpiti: cum is de foro domum se reciperet: fores, vt mos est, virga percuteret. Pl. in. vii. natu. hi sto. scribit Pompeium consulem prohibuisse licitorē pulsare fores Possidonii veneratione tanti viri. Pura felix: Pompeii. Ter/rius consul. i. tertius consulatus. Quod optet. i. datum fuisse consulatum a te. Numerare: consulatus sic datos a Domitiano. Ianus pacificus: id est annus.

Quorum pacificus ter ampliat iunge cum inferioribus, vt referas ad consilatus Siliū. Pacificus: ad differentiam Pompeianorum: qui in armis versati sunt. i. Silius mauult sic sine bellis numerare suos consulatus frequētes: hoc est sepe tales habere: quorum nomina Ianus pacificus ter ampliat: nam ter consul fuerat. Horas quinque: Cæcilianum in tempestiuum conuiuium accusat qui inuitatus debebat ad nonam horam venire: nā tunc cœna parabatur: Imperat extructos frangere non a toros: sed ante quintā properauerat: monet vt celerius etiam veniat: vel ferius nona: ita enim non cenabit. Puer nunciat: nam pueri nunciabant horam dominis. Rauca ceræ: i. libelli forenses. alius codex habet Parca chartæ. Distulerint vadimonia: peregerint iudicia. nam tertia hora in foro versabantur. Feras floralitias: feræ ab ædilibus paratæ ad aliquē ludum lassabantur quarta hora vsq; in quintam ad iugum patritium, vbi floralis ludus exercebatur: vel quia mense Aprili prætorum ludos edebant feris ad Megalesia: quo tempore & floralia fiebant: vnde floralitias feræ dicuntur: hoc est editæ in spectaculum eo

mente, quo floralia agebantur: hæc vna sententia mihi placet. Caldani. i. coctam. aqua enim cocta vtebantur in conuiuiis. Alger. i. est sine igne. Nudo fo. carent illi gnis. Sero: vel post nonam, vel sero præcedentis diei: nā ita quoq; non cenabis. Qui Corcyri: laudat rus Entelli tectum lapidibus specularibus, quales hortos habuit Tiberius: & supra cōmemorauit. Corcyriæ. Alcinoi, qui regnavit in insula Corcyra. Vindemia: racemivuarum. Gemina persi. i. lapidibus specularibus. Nec tamē later: sed cernitur. Bombicina: ex veste bombicina. Mulleres bombicina: vri Coa pellucebant. Lapidibus specularibus quibus vna seruabatur. Sterilis hyems: alibi sterilis iuberur ferre autūnum. i. fructus autumnales. Miraris: Vacera significat stiprem ad quem alligantur equi. Vacera item significat vacordem, & insanum: hic nomen propriū est cuiusdā, qui mortuos tantū poetas laudabat: ait poeta se nolle laudari: id ē nolle mori, vt ab hoc laudetur. Idē versus est supra: Si post fata venit gloria nō propero. Miraris: laudas.

Vacera

Perme

Perme sus Olmeus

Archiepiscopus

De Conff. Siliū.

Augusto piathura, victimasq; Pro nostro date Siliio camœnæ. Bis senos iubet en redire fasces Noto consule, nobiliq; virga Vatis castaliam domum sonare. Rerum prima salus, & vna Cæsar, Gaudenti superest adhuc quod optet Felix purpura, tertiusq; consul, Pompeio dederit licet senatus, Et Cæsar genero sacros honores, Quorum pacificus ter ampliat ianus nomina, Silius frequentes Mauult sic numerare consulatus.

In Cæcilianum.

Horas quinque puer nondum tibi nunciat, & tu iam conuiua mihi Cæciliane venis. Cum modo distulerint rauca vadimonia ceræ, Et floralitias lasset arena feras. Curre age, & illotos reuoca Caliste ministros, Sternantur lecti Cæciliane sede. Caldani poscis aquā, sed nondum frigida venit, Alger adhuc nudo clausa culina foco. Mane veni potius, nam cur te quinta moretur? Aut cur non sero Cæciliane venis?

Ad Entellum.

Qui Corcyra vidit pomaria regis, Rus Entelle tuæ præferet ille domus, Inuida purpureos vrat ne bruma racemos, Et gelidum Bacchi munera frigus edat, Condita perspicua viuit vindemia gemma, Et regitur felix, nec tamen vna latet. Fœmineum lucet sic per bombicina corpus. Calculus in nitida sic numeratur aqua. Quid non ingenio voluit natura liceret, Autumnum sterilis ferre iubetur hyems.

In Vacerram.

Miraris veteres Vacerra solos, Nec laudas nisi mortuos poetas. Ignofcas petimus Vacerra, tanti Non est, vt placeam tibi, perire.

De Nerua.

Quanta quies placidi, tanta est facundia Neruæ, Sed cohibet vires, ingeniumq; pudor. Cum siccare sacrum largo Permessida posset. Ore, verecundam maluit esse sitim, Pietiam tenui frontem redimire corona

GEORGIUS

ET floralitias lasset arena se. Ego magis puto floralitias feras eas dici: de quibus Quid. Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leonis: Imbelles damæ, innoctusq; lepus. Non sibi respondit siluas cessisse: sed hortos: Aruque pugnaci non aduenda feræ.









DOMITIUS

NON te calabis. i. non te calabis apud posteros: & non indiges imagine. No obscuris. i. nobilibus. Lau de nugurum. i. iocorum, & tenuioris carminis. Du Ianus: Flauiae gentis tem plum condidit Domi. hu ius meminerunt Euseb. & Tranquil. & Pap. Et que ti bi templa dicamus Ipse co las. vaticinatur poeta tem plum hoc fore perpetuum: sed diurnitatem ex his rebus colligit, quibus prin cipi assentatur. Luce Ro. i. imperio Romano. Papi. Scabit du terra, populusq: Du Romanadies. Ianus co. hy. i. du erit Ianuarius. Domitianus autumnos: na October mensis dictus Domitianus: q: eo natus sit: appellatus etiam Ger manicus September: a co gnomento Domitiani: qui deiecit Germaniam: de dit autem nomen Domi tianus: quoniam eo men se suscepit Imperium.

Cum veteres latiae ritus renouantur arena, Et pugnat virtus simpliciore manu. Sic prius seruatur honos te praeside templis, Et casa tam culto sub Ioue numen habet. Sic noua dum condis, reuocas Auguste priora. Debentur quae sunt, quaeque fuere tibi.

In Gelliam.

Non per mystica sacra Dindymenes, Nec per milicam bouem iuuenca. Nullos denique per Deos, Deasque Iurat Gellia, sed per vniones, Hos amplectitur, hos deosculatur, Hos fratres vocat, & vocat sorores. Hos natis amat acrius duobus, His si quo careat misella casu, Videtur negat esse se nec horam. Heu quae bene nunc Papyriane, Annam faceret manus Sereni.

Ad Domitianum.

Dante tibi turba querulos Auguste libellos, Nos quoque quod domino carmina pua datus, Possit Deum rebus pariter, musisque vacare Scimus, & haec etiam ferta placere tibi. Fer vates Auguste tuos, nos gloria dulcis, Nostua cura prior, delictaque sumus. Non quercus te sola decet, nec laurea Phoebi. Fiat & ex hedera ciuica nostra tibi.

Ad Toranium amicum hoc Epistolum Martialis scribit, quo eum de quodam extra ordinario ad Auium epigrammate monet. Hic plane auitus Martialem obposco excellentia adeo amabat, ut eius imaginem in bibliotheca sua posuerit. Putauit igitur scribendum Toranio de Auito, ne fortasse la tuis et eum, qui nam hic est Auitus. Binominis enim erat. nam et Auitus, et Stertinius dicebatur.

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER NONVS.



Ve mi Toranni frater carissime, Epigramma quod extra ordinem paginarum est, ad Stertinium clarissimum virum scripsimus, qui imaginem meam ponere in bibliotheca sua voluit. De quo scribendum tibi putavi, ne ignorares, Auitus iste quis vocaretur, Vale, & para hospitium.

nam Serenium furem intelligo: quod nomen conuenit. Nam Tacitus scribit Annam Serenium dam natum repetundatum.

Dante hoc epigramma te imperatori assentatur: q: poetis fauebat. Deum: te Domitiane. Rebus: ad ministratioe imperii. Par ua carmina: deprimit esse se. Libellos querulos: epi theton libellorum. na eius modi libelli aut paupertatem: aut aliquid aliud con queruntur. Non quercus te sola: an hoc dicit non quercus: id est corona querna de ciuibus seruatis: & amplificato imperio conuenit tibi: an refert hoc ad carmen heroicum, quonia heroid poet & corona querna cingebantur: quod Iupiter vaticinatur apud Silium: Huius tua muls sacra ferit: meliorq: lyra cui sub sitit Hebrus: Cui vixit Rhodope Phaebo miranda lo querur. idem Quint. testia tui decimo: vixit senius: Carminis heroici laus non te, sed & corona tenuioru poetarum, qualis sum. he deracea tibi conuenit. Quin ti. Nos tamen sacra litera rum colentes ferat Casar: si taciti praterimus, Vir gersu testatur: Inter victri ces hederam tibi ferere lau ros. distinguat potius hoc pacto: Non quercus. i. non corona querna de seruatis ciuibus: Nec laurea Phoebi. i. nec laurea maioru poe tarum sola decet te. Fiat nostra ciuica. i. fiat corona de nobis tenuioribus poe tis seruatis ex hedera: nam ex hedera, vt diximus, coronabantur tenuiores poetae. Properti. Ennius hirsuta cingat sua dicta coronat: Misolia ex hedera porrige Bacche tua.

Nulla operam virtuti praestarent: non verebatur a thorum imagines penes se habere: inde exit illud Satyrum: Quam qui plena omnia gypso Chryssippi inuenias. Martia. & agit gratias Stertino, & edit carmen subscribendum statuae suae.

[Non]

Ad Auitum.

Non te calabis sublimi pectore vates, Cui refert ferus praemia digna cinis. Hoc tibi, sub nostra breue carmine imagine viuat, Quam non obscuris iungis Auite viris. Ille ego sum nulli nugurum laude secundus, Quem non miraris, sed puto lector amas. Maiores maiora sonent mihi parua locuto, Sufficit in vestras saepe redire manus. De templo Flauiae gentis. Dum Ianus hyemes, Domitianus autumnos, Augustus annis commodabit aestates, Dum grande famuli nomen asseret Rheni Germanicarum magna lux calendarum, Tarpeia summi faxa dum patris stabunt, Dum voce supplex, dumque thure placabit, Matrona diuiae dulce luliae numen, Manebit altum Flauiae decus gentis, Cum Sole, & astris, cumque luce Romana. Inuicta quicquid condidit manus, caelum est.

In Lupum.

Pauper amicitiae cum sis Lupe, non es amicae, Et queritur de te Mentula sola nihil. Illa filigineis pinguescit adultera cunnis, Conuiuam pascit nigra farina tuum. Incensura niues dominae setina liquantur, Nos bibimus torti pulla venena cadi. Empta tibi nox est fundis non tota paternis, Haud sua desertus rura sodalis arat. Splendet Erythraeis perlucida moecha lapillis, Ducitur addictus te futuente cliens. Octo syris suffulta datur lectica puellae, Nondum sandapilae pondus amicus erit. Inunc, & miseris Cybele praecide cinados, Haec erat, haec cultus Mentula digna tuis.

Ad Domitianum.

Quantum iam superis Caesar, caeloque dedisti, Si repetas, & si creditor esse velis, Grandis in aethero licet auctio fiat olympo, Coganturque Dei vendere quicquid habent, Conturbabit Atlas, & non erit vincta rota, Decidat tecum, qua pater ipse Deum. Pro Capitolinis, quid enim tibi soluere templis? Quid pro Tarpeiae frondis honore potest? Quid pro culminibus geminis matrona tonantis? Pallada praetereo, res agit illa tuas. Quid loquar Alcide, Phoeboque, piosque Laconas? Addita quid latio flauia templa foro? Expectes, & sustineas Auguste, necesse est, Nam tibi quod soluat, non habet arca Iouis.

In Aeschilum.

Aureolis futui cum possit Galla duobus, Et plus quam futui, si totidem addideris, Aureolos a te cur accipit Aeschile denos?

vena. i. vina nigra. Cadi torti: appellat cadum tor tum amphoram habentem vinum expressum torcula ri ad fecem. Nox est empta non tota: quia non mafi si tota nocte cum amica.

Non tru. sed aliena. La pillis Ery. id est vnionibus. Addictus. i. annexus. Annexus dicitur qui aere alie no alicui addictus est. Ad dicere autem est verba pre toris solene: cum aliquem condemnaret: tamen du citur a creditore. Sufful ta: gestata. Octo sy. i. syris. i. octophorum. Prae cide: castra. Tuis cu. vt ab scindantur: cum tot mala inde eueniant. Quantu: recensentur hoc epigram mate edificata opera a Do mi. plura q: historia tradi derit vel Eusebii, & Tran ql. & ait poeta caelum tan tum debere Domit. vt non possit vno die soluere. Co turbabit: totum caelum: vt supra dictu est. Decidat: deceret, conturbet tecu: & summam faciat. Auctio: subastatio caeli. Capitoli nis tem. hoc dicit quia te plum Ioui custodi erexit. Tarpeae fron. hoc dicit propter Capitolium, quod incensum instaurauit. Frs dem autem Tarpeiam. r. tulit ad laurum: quae in Capitolio erat iuxta quercum: vnde coronae certan ribus dabantur. alibi: Tar pelas coronas ad Diodoru: Oculi Tarpeias licuit con tingere quercus. Matro na to. Iuno. Pro geminis cul. Pallada: Do. templum Palladis chalcidece erexit. Tuas res agit: nam Pal las erat numen familiare Domi. Alcidem: templu Herculis. Pios la. i. Casto rem, & Pollucem: qui mu tua pietate alterni viuunt in caelo. Templa fl. i. gentis Flauiae: quae condidisti tu. Foro la. ad forum La tium erat statua equestris Domi. iuxta templa Flauig gentis. alibi legitur Latio polo. Expectes & su. i. dif ferri patiaris. Aureolis: Aeschilus, cum ad Gallam meretricem iret: cogebat dare denos aureolos: aliis aut duos, aut quatuor sol uetibus. nam sellabat Gal la irrumatem Aeschilume. Qui fellat loqui non potest: hoc locatur poeta. vt alibi: Si te prendero Gar gli, rabebis. Sitotid ad deris. i. duos.

Annexus Addico

Non Gellia: vniones tam perdit diligebat: vt nega ret se amplius victuram: si eos amitteret: optat manu furacem Annam Sereni: vt vnionibus subreptis. Gellia occidat. Sacra myst. Din dymenes. i. Cybeles: per cuius sacra antiqui iurabat. vt supra iuro per Berecyn thios furones Dindymene: proprio nomine postea Cy bele, vt placet Diodoro, a monte dicitur: vt Straboni & nostris placet. Bouem: Isidem. Iuuenca milicam. i. Isidis. sacra Isidis Romae erant: & per eam iurabant vt supra diximus in eum locum: iuro per Syrios tu mores. Vniones: grandio res margaritae appellatae sunt bello Iugurthino a Romanis tantum: vt Helius scribit. Acrius: vehemen tius. Duobus natis: filiis. Annae Sereni: sunt qui hunc dicit Ilque fecisse v nionem aceto in cena Cleo patrae: sed falsum est. Ipsa enim Cleopatra eos Ilque fecit aceto: quod & Aefo pus histrio fecerat: vt luxu omnium mortalium supe raret: expertus an vniones palato essent grati. ego Annaum

Dindymene

Annus ferens

Aefopus histrio

NON te calabis. Stertinius, quem alio noie Auitum appellat, imaginem Mar. in bibliotheca collocauerat. Authorum olim imagines aut in gde camoenarum: aut in priuatis bi bliothecis collocabantur. L. Aetius poeta maximam sibi statuum posuit in aede camoenarum: cu ipse breuissimae esset staturae: & a studiosis tantum hae imagines collocabantur: vt quisq: nomen authoris distigebat: sed multi labentibus moribus Romanis: cu nullam

Siligo

factis ex siligine. Siligo praestantioris farinae genus est: ex qua gratiores panes, & faciliores ad concoctionem: authore Celfo. huius panis etiam meminit Iuuenia. in Virrone. Pinguescit: sit pinguis. Incensura niues: quia videbantur incendere niues. nam niuibus, quae erant in delictis, colebatur vinum. Incensura autem apta metaphora ab igne. nam salernum rubens ardere videtur: & incendere niues per quas colo niua tio attenuatur. Pulla ve/





## DOMITIUS

**Q**UAE TACE: quia tu irru/  
mas. ergo cum sit prostitu-  
ti pudoris: vendit incom-  
modum, non pudorem: af-  
ficat autem incommo-  
do dum fellat, quia loqui  
non potest. Quid ergo? in  
terrogantis. i. quare: cum  
sit prostituti pudoris exi-  
git tantum. Tacet: respō-  
det Mar. Id est non pudorē  
tibi vendit tanti: sed tacen-  
di incommo-  
dum. Nam co-  
gitur flere: & ita festiue in-  
dicat Aeschilum irrumato-  
rem. Tibi promulgata le-  
ge a Domi. ne spadones fie-  
rent infandae libidinis di-  
uerticulum inventum. nā  
pueri intra septimum an-  
nū prostituebantur: quod  
imperator edicto prohi-  
bit: hoc laudatur a Poe-  
ta. Domitor Rheni: id est  
o Germanice. Pudice: quia  
adulteria prohibuit. Nō  
est scelus parere: scelus vi-  
debatur esse parere filium  
aut prostituendum: aut ca-  
strandum: aut certe pare-  
re ex adulterio. Sectus  
puer: spado factus. Lenos:  
qui conducebat infantes  
prostituendos. re. a matri-  
bus. Lupanari: in lupana-  
ri erat libertas, ut post se  
vnuquisq; prostituere: sed  
tu illic quoq; noluit lice-  
re omnia. Cubili: vxorti/  
bus, quia erant ante te pro-  
miscua adulteria. Lupa-  
nari: noluit esse in lupa-  
nari infantes prostitutos.  
Dicere reduci: reuerso in  
columni. De libycis genti-  
bus: Libya. Non vacat:  
occupatus est: id est satis est  
me venisse ter. & quater.  
Non vis auere: tanquam  
vuuus. Vale: ut mortuus.  
Tanquam: idem argu-  
mentum. Raptus ab vbe/  
re: id est in septimum  
annum. Vagitu: hoc di-  
ctum in commiseratione pue-  
ri: qui non sentiebat coitu.  
Sexus nostri: virilis. Pro-  
stituisse: publice mares.  
Immatura: libidine. Poe-  
nas infandas: cruciabantur  
enim libidine virorum.  
Aufonius pater: Domitia-  
nus. Ephebis: pueris. Sae-  
ua libido: virorum: qui vo-  
lebant habere eos in deli-  
tibus. Nil tibi: Bythinicum  
captatorem derider: qui  
quotannis Fabio orbo, &  
diuiti sena millia donabat  
morietis Fabius nil reliquit  
Bythinico: ait Mar. tibi se-  
na millia reliquit: quia sci-  
licet non dabis amplius:  
quae solebas dare viuo. Le-  
gault: reliquit tibi testamē-  
to. Ille: Fabius. Dedit:  
quia reliquit illa annua se-

Non fellat tanti Galla, quid ergo? tacet.

Ad Domitianum.

Tibi summe Rheni domitor, & parens orbis,  
Pudice princeps gratias agunt vrbes,  
Populiq; habebunt, parere iam scelus non est.  
Non puer auari sectus arte mangonis  
Virilitatis damna moeret erepta,  
Nec quam superbus computet stipem leno  
Dat prostituto misera mater infanti.  
Qui nec cubili fuerat ante te quondam  
Pudor, esse per te coepit & lupanari.

In Afrum.

Dicere de libycis reduci tibi gentibus Afer  
Continuis volui quinque diebus aue.  
Non vacat, aut dormit dictū bis, terq; reuerso  
Iam satis est, non vis Afer auere, vale.

Ad Domitianum.

Tanquam parua foret sexus iniuria nostri,  
Focandos populo prostituisse mares,  
Iam curae lenonis erant, ut ab vbere raptus  
Sordida vagitu posceret ara puer,  
Immatura dabant infandas corpora poenas.  
Non tulit Aufonius talia monstrata pater,  
Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,  
Ne faceret steriles saeva libido viros,  
Dilixere prius pueri, iuuenesq; senesq;  
At nunc infantes te quoq; Caesar amat.

Ad Bythinicum.

Nil tibi legauit Fabius Bythinice, cui tu  
Annua, si memini, millia sena dabas.  
Plus nulli dedit ille, queri Bythinice noli,  
Annua legauit millia sena tibi.

In Cantarum.

Cocnes Cantare cum foris libenter,  
Clamas, & maledicis, & minaris.  
Deponas animos truces, monemus,  
Liber non potes, & gulosus esse.

In Paulam.

Nubere vis Prisco, non miror, Paula sapisti,  
Ducere te non vult Priscus, & ille sapit.

De Earino Domitiani.

Nomen cum violis, rosissq; natum,  
Quo pars optima nuncupatur anni,  
Hyblani quod sapit, atticosq; flores,  
Quod nidus olet alitis superbae,  
Nomen nectare dulcius beato,  
Quo mallet Cybeles puer vocari,  
Et qui pocula temperat Tonanti,  
Quod si parhasia lones in aula,  
Respondent Veneres, Cupidinesq;  
Nomen nobile, molle, delicatum  
Versu dicere non rudi volebam,  
Sed tu syllaba contumax repugnas.  
Dicunt Earinon tamen poetae,

na millia: quae dabas. Coe-  
nas: Cantarus & alienas fe-  
ctabatur cocenas: & omnes  
carpebat. monet Marti. ut  
assentetur, si vult gulae ser-  
uire. Foris: apud alium.

Liber: liberi animi. Nu-  
bere: Paula volebat nube-  
re Prisco diuiti: sapit, inq;  
Mar. At Priscus eam mere-  
tricem tenuit: simul etiam  
ipse sapit. Sapisti: coepisti  
consilium bonum. No-  
men: Earinus libertus fuit  
Germanici: qui pocula im-  
peratori miscebat. Spado  
paucis diebus ante legem  
promulgatae de eunuchis.  
Dicitur autē Earinus quasi  
vernalis: nam e.g. græce: la-  
rine ver. mediam syllabam  
ita corripit: ut & tertiam &  
primam adeo: ut numeris  
carminis inseri non possit.  
hoc coqueritur Mar. quod  
cum velit nominare Eari-  
num non possit. Nomē:  
Earinus natus a vere.

Quo: vere. nam vernalis  
pars optima est. Hyblani:  
flores hybleos Siciliae. nam  
vere & hyblani Siciliae: &  
hyemetum atticæ aues po-  
pulantur. Superbae alitis:  
id est Phoenicis: quæ ex sur-  
culis thuris & lignis odora-  
tis conficit nidum. Puer  
Cybeles. i. Athis. Quod:  
nomen. Parhasia: id est  
palatino ab Euandro Par-  
rhasio: ut Sili, & Virgillii  
carmine alibi demonstra-  
uimus. Contumax: ad-  
uersaria. versus est home-  
ri: cuius initium.

## DOMITIUS

Agēs āges βγοτολινε:  
verba autem iunt Apollini  
in Matrem: ubi āges in  
primo pede producit pri-  
mam, & eadem dictio in se-  
cunda corripit: Græci ergo  
abutuntur licentia. Tam  
disertis: non licet nobis la-  
tins eadem licentia uti.

Nomen: idem argumen-  
tum. Teneri anni: id est ve-  
ris. Breue ver: id est flores  
vernales in Hymetto. A-  
rundine acidalia. i. Vene-  
rea. Sua acu: mensis Apri-  
lis est dicatus Veneri: quo  
ver flores. Lapillis Ery-  
thraeis: vnionibus. Gēma  
heladum: id est gēma suc-  
cini. Grues: quæ. Y. literā  
faciunt: vnde ver. Si da-  
ret autumnis: idem argu-  
mentum. Oωωγινός signi-  
ficat autumnalem. Χειμε-  
γινός: hyemalem. βεγινός:  
stuum. Hunc: ad gulo-  
sum amicum esse non pos-  
se ostendit: quippe qui ci-  
bos sectetur: non fidē ami-  
citiae. Eris nosser: id est si  
coenam: tam bene veniet  
ad me. Inscriptis: Chloen  
meretricium nomē apud  
Hera. in car. ostendit se pē-  
vros necasse: q̄ illa vole-  
s ostendere pietatem suam  
prodidit: scripsit enim cele-  
brasse exequias septem vi-  
rorum: quo testimonio ni-  
hil est apertius eam se pē-  
vros necasse. Celebrata:  
id est solennia, & busta.

Quid simplicius. i. quid  
apertius ista confessione.  
Consilium: Earinus misit  
comam detosam cum spe-  
culo: & pixide gemmata  
Aesculapio Pergameo: qd̄  
ita testatur Papi. in tertio  
lib. cum Earinus petisset:  
ut capillos suos: quos cum  
gemmata pixide, & specu-  
lo ad Pergameum Aescu-  
lapium mittebat versibus  
dedicarem: Nero etiam ita  
capillos suos dedicauit.

Sed græci quibus est nihil negatum,  
Et quos āges āges decet sonare.  
Nobis non licet esse tam disertis,  
Qui musas colimus seueriores.

De Eodem.

Nomen habes, teneri qd̄ tēpora nuncupat anni,  
Cum breue cecropiæ ver populantur apes,  
Nomen, acidalia meruit quod arundine pingi,  
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu.  
Nomen, Erythraeis quod littera facta lapillis,  
Gemma quod heliadum pollice trita notet.  
Quod penna scribente grues ad sidera tollant,  
Quod decet in sola Cæsaris esse domo.

De Eodem.

Si daret autumnus mihi nomen, οωωγινός essem,  
Horrida si brumæ sidera Χειμεγινός.  
Dictus ab æstiuo βεγινός tibi mense vocarer.  
Tempora cui nomen verna dedere, quis est?

In Fictis amicos.

Hunc, quæ coena tibi, quæ mensa para: ut amicum,  
Esse putas fidæ pectus amicitiae?  
Aprum amat, & mulos, & sumen, & ostrea, nō te.  
Tam bene si coenam, nosser amicus eris.

De Chloë.

Inscriptum tumulo septem celebrata virorum  
Se fecisse Chloë, quid pote simplicius?

De coma Earini.

Consilium formæ, speculum, dulcisq; capillos  
Pergameo posuit dona sacra Deo.  
Ille puer tanto domino gratissimus aula, tantq; aule  
Nomine qui signat tempora verna suo,  
Felix, quæ tali censetur munere tellus,  
Nec Ganymedea mallet habere comas.

Ad Aesculapium.

Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis  
Parcarum exoras pensa, breuesq; colos,  
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos  
Ille tuus latia misit ab vrbe puer.  
Addidit & nitidum sacratis crinibus orbem,  
Quo felix facies iudice tuta fuit, tota.  
Tu iuuenile decus serua, ne pulchrior ille  
In longa fuerit, q̄ breuiore coma.

Ad Cæsarem Dom.

Est mihi, sitq; precor longum te præside Cæsar  
Rus minimum, parui sunt & in vrbe lares,  
Sed de valle breui, quas det sitientibus hortis,  
Cura laboratas antlia tollit aquas.  
Sicca domus queritur nullo se rore foueri,  
Cum mihi vicino Martia fonte sonet.  
Quæ dederis nostris Auguste penatibus vndam  
Castalis hæc nobis, aut Iouis imber erit.

In Sabellum.

Laudas balnea versibus trecentis  
Coenantis bene Pontici Sabelle,

Quid signat tempora: id  
est Earinus. Deo perga-  
meo: id est Aesculapio. La-  
tonæ: ad Aesculapium de-  
iisdem capillis. Latonæ  
nepos: quia Aesculapius fi-  
lius Phœbi filii Latonæ. Ea-  
rinus Pergameus erat: ut  
Papinius ostendit. Exo-  
ras: precibus rogas. Niti-  
dum orbem: id est speculū.  
Tuta: bene cultra. Est mi-  
hi: Domitianum rogat: ut  
fluum producat in domū  
suam ex aqua Martia: quæ  
erat proxima: hoc enim det  
pecuniā: qua possit aquā il-  
lam deriuare: cum nulla  
re indigeat: nisi aqua ad  
domus amœnitatem: eo  
autem erit gratior: quo-  
niam data a Domitia. aut  
ex Castilio monte videbi-  
tur: aut a Ioue missa. An-  
tlia: instrumentum est ad  
aquam bauriendam: nam  
antleo græce: latine signifi-  
cat haurio. Laboratas: ex  
labore haustas. Foueri: ir-  
rorari. Laudas: Sabelli-  
gulam accusat: qui multis  
versibus laudauerat bal-  
nea Ponticæ: non quia pro-  
baret: sed ut inuitaretur ad  
coenam ea assentatione.





DOMITIVS

HAEC natus est Domi. In septima vrbis regione ad malum Pu nicum: domum postea conuertit in templum Flauiae gentis. Huius aedificii felicitas laudatur a poeta. Atriam domum: qua latuerat apud Cornelium iuxta Velabrum bello Vitelliano: Ioui custodi dicitur patre imperante: casu expresso in marmore: auctore Ta cito: mox eidem numini consecrauit: sed in gremio col locauit. Domini: Domit. Quae pater: in templum Flauiae gentis. Reptates, serpentes per humu. Hic: duae insulae numina texe runt: Creta Iouem infantem ubi natus est. Rhodos Ne prunum: quem infantem a Rheia matre commenda tum Thelethines filii ma tris vna cum Caphina Ocea ni filia educarunt. Hic in templo. Rhodos: aluit Ne ptunum: & Creta Ioue ca lo: ita hae domus aluit Do mi. in utilitate orbis. Cu retes: ex terra orti: vt aliivo Iunt ab Idaeis dactylis. no uem fuerunt, qui Ioue in fauem delatum ad antrum sacrum lacte, & melle alue runt. alius codex habet lo co Curetes Cretenses. Do mus veneranda: ubi haec a/ cta sunt: cu nemore cupref seo extare ferebatur in Cre ta temporibus Diodori. Semiuri: exitus huius epi grammatis satis ostendit Mar. loqui de domo: i qua latuit in bello Vitelliano. malo ramen sentire de do mo natali. Credis: diuini/ as se optare proficetur: no ea de causa, qua reliqui o/ ptant ad corporis s. volu ptatem: sed potius ad nu/ nera & edificia: quod vtru/ q magis viri animo in gen tem voluprate affert. Ro gare: opes a diis. Vulgus: vulgares hofes. Et crassa turba. i. plebei. Gleba se. i. ager Setinus: vnde vina o/ ptima nascuntur. Consu mat: conficiat multos ligo nes. Ager tusc. so. obstre/ per. Compede innum. i. multis ergastulis. nam ser uil in ergastulis fodiebant agros: praesertim in Herra ria. Iuu. Certe in lucanos, aut thusca ergastula mit/ tas. Vt Ma. sed placet ma gis Mauri libycis. Mauri orbis: dicuntur mensa ci/ tres rotunda: quae ex Acta se monte magis astimatio ne Romae fiebant: tanto ar tificio vt dimidiatis orbib/ coniuictis commissura non appareret. historia est, Plin. sed Stra. scri. meas nonnun q ex vno ligno Mauritaniae confici Romae. Libyci den/ tes dicitur dentes eleph a/ ti: qui citreas mentas susti/ nebant. iccirco illud in di/

sti. Gradia taurorum portat, q corpora qris: An possint li/ bycas sustinuisse trabes. Lamma au. folium aureum. Nostris toris. i. in nostris trichlitis. nam lecti in trich/ nio In crustabantur lamis aureis, & argenteis. vt supra: De fulcro q reor esse tuo. Terantur: vsu: vt. s. habet am crystallina pocula. nam crystallina in maximo erat pre cio adeo, vt trulla centum & quinquaginta millibus sestertiorum empta fuerit a matrefam. & duo calices crystallini in delictis Nero/ nis fuerut: quos mortuus fregit. Canusinatus. i. ca/ nusina lana indutus. Serui ditissimorum hominum, & principum curram ge/ stabant. Traquillus de Ne rone: Nunq minus mille carrucis fecisse iter tradit: soleis mularu argenteis: ca nusinatis mulionib/. Affe re: curus & lectica ligno prominenti: cui serui colla subiciunt. Iuu. Ferit affere. Cato in re u. asserculu di xit lignum no teres, sed in latitudine nominauit exte tum. Linat: contamine. Lacernas. i. habeam lacer nam. Massileum: Massili populi Libye. idem Massili li dicti sunt cum sint Nu midg: auctore Stra. equos habent, quos virga postre/ no gubernant. Vir. Numi/ das in frenos iccirco appel/ lauit. Silius: Hic passim ex/ ultant Numidg: gens ista freni: Quis inter geminas per ludum mobilis aures: Quadrupedem sedit: no cedens virga lupatis. Ae/ dificem: aedificare, & dona re magnanimi est. O cui: Carus cetero donatus est ab imperatore cora olea gina aurea. Eam enim co/ ronam in Albano donabat Domianfra: Cuius luleg ca pitil nascantur oliua: Desti net atherius cui sua ferta pater. Olim ex olea daba tur his, qui triumphu pro/ curaret. Carus igit ista co ronae reuerentia Do. statu a magno artificio efficta ea coronauit. Auro vir. i. co/ rona aurea palladia. De/ cus pal. i. coroa. qua dona uit Do. Papi. de eade coro na: Palladio tua me man/ iduit auro. Comas: illius imaginis. Vltro: discessit a me, & iuit i comas Do. na hi duo versus sunt ex pfo/ na Cari respodētis. Liba/ re: cedere. vel liuere in iude re: vt alii habet codices. Il la: olea. Pia quer. Ioui de dicata. Prior: potius q qe cus verba sunt Ma. his duo bus versib/ vltimis. Quis: idē argumētū i statuā Do. q apud Carū erat. Phidia/ cum: Phidias ebore cōlādo oēs supauit, Ioue pferim olympio. nā Deos effinxit nemo melius, auctore Pli. Illa

Vis conare Sabelle, non lauari.

Ad Domitianum,

Hae, q tota patet, tegiturq; & marmore, & auro, Infantis domini conscia terra fuit.

Felix, quae tantis sonuit vagitibus, & quae

Vidit reptantes, sustinuitq; manus.

Hic steterat veneranda domus, quae praestitit orbi,

Quod Rhodos, astrifero q pia Creta polo.

Curetes texere Iouem crepitantibus armis,

Semiuri poterant qualia ferre Phryges.

Atte protexit superum pater, & tibi Caesar

Pro iaculo, & parma fulmen, & aegis erat.

Ad Auctum.

Artemidorus habet pueru, sed vendidit agrum,

Agrum pro puero Calliodorus habet.

Dic, vter ex istis melius rem gesserit Aucte,

Artemidorus amat, Calliodorus arat,

Ad Pastorem.

Credis ob hoc me pastor opes fortasse rogare,

Propter quod vulgus, crassa q turba rogat,

Vt setina meos consumat gleba ligones,

Et sonet innumera compede thuscus ager,

Vt Mauri libycis centum stent dentibus orbes,

Et crepet in nostris aurea lamma toris,

Nec labris nisi magna meis crystallata terantur,

Et faciant nigras nostra falerna niues,

Vt canusinatus nostro syrus affere sudet,

Et mea sit culto sella cliente frequens,

Aestuet vt nostro madidus coniuua ministro,

Quem permutatum nec Ganymede velim,

Vt lutulenta linat tyrias mihi mula lacernas,

Et massileam virga gubernet equum.

Est nihil ex istis, superos, ac sidera testor,

Ergo quid vt donem Pastor, & aedificem.

Ad Carum.

O cui virgineo flauescere contigit auro,

Dic vbi palladium sit tibi Care decus?

Aspicis en domini fulgentes marmore vultus,

Venit ad has vltro nostra corona comas.

Albanae libare potest pia quercus oliuae,

Cinxerit inuictum quod prior illa caput.

Ad eundem.

Quis palatinos imitatus imagine vultus

Phidiacum latio marmore vicit ebur?

Hae mundi facies, haec sunt Iouis ora sereni,

Sic tonat ille Deus, cum sine nube tonat.

DOMITIVS

ILLA Pallas dedit tibi hanc imaginem: hoc est nul lus potuisset dare tibi effigiem tua veris lineamentis ex/ pressam: nisi Pallas, q & artificii est Dea: & quotidie ver/ sature cum Do. idē verus Pap. An te Palladiē talē Germa nica nobis effinxere manus. Non tri. fo. co. nam & ex olea erat Palladis arbore: & in eius Dea: quinquaginta fgerat coronatus: ppterea Pallas eam coronā dedisse videbatur: sed ea, inquit, non solū tribuit: dedit etiā istā imaginē. Dantem: in Afrū, qui puerū suū nō pa tiebatur insperci a cōiuuis. Notas: insignas. Lumi/ ne turb. i. coruo aspectu. Hylus: Hylus fuit filius Herculis: sed hic miscebat pocula: q pulchriores mi/ nistri, apud antiquos pra/ stant emulacione Ganyme dis: qui Iouis pincerna dici tur. Auertam: rōnice ni/ mirum. Tanq Gorgon. i. Medusa, q vertebat hofes i faxa. Phineas: accusatiuus graecus: hic ex cōtilla fabu la dicitur caecatus ira nu/ minis: qm filios suaui Har/ palices occidisset. grauior historia habet Phineū Idēā filia Dardani Scytharū re/ gis adeo adamasse: vteius suaui filios ex Cleopatra supplicio destinauerit: quo tpe Hercules cū Argor au/ tis Phineū ob. runcavit, & eius socios: sed, vt dixi, vul/ gata historia est egeū fuisse: & Harpys, q grapes feda/ bant filiorū Boreae benefi/ cio liberatum. Oedipodē egeum fuisse vulgata tra/ dit historia: sed Diod. scri. cognito scelere cōcubitus matris monii a filiis eū pro/ hibitū egredi domo. Au/ det: carmen Nerog iterum laudat. de quo supra. Pal lia glau. i. vestes viles. Cos me: qui habes vestes purpu reas. Colono praest. illi qui Praestū colit refertū rosas in Lucania. Mella cor. in Per side, & Mauritania mel ve/ nenatū gignitur: in Corsi/ ca vero venenatū ob multi tudinē herbage: q illic sunt amara. Apibus hy. i. hof habent mel hyblē: qd pre stantissimū est. Lupos: pi/ sce preciosissimū, & optimū saporis: qui capitur inter duos pōtes: hoc est qd scri. Quint. Et in gradioribus caenis viliores nonnunq cl/ bi delectat. Nero: qui ad te scripsit, qui te alterū Ti/ bullū appellauit. Opus la. elegiacū. Tuas aur. i. tufi iudicū. Cū depila. Crestū quod nomen vntū, & mol le significat accusat: qui in cultu corporis muliebres delicias sectabatur: & suo/ rū tēporū mores quotidie norabat magnis vocifera/

tionibus. sed cū Catonianā, & cenforiā linguā haberet: merito silebat scelus suū. Pudet. n. Catonianā fari talia scelera: erat. n. cingdus socraticus: & facie colebat, vt pae dicaretur a draucis. Coleos: græce significat vaginā: vn de & coloi testes. Mentulā pa. co. vul. nā enervata est, & mollis breuibus pilis: vt vultures nullas ferētes plumas in collo. Culis profl. i. ci/ natorū. Leuius: politius. Volsellē: instrumenta ad depilandū corpus, aucto/ re Var. Scug: nā dolorē fa ciunt cū vellunt pilos. Re fibulauit. i. maiore fibula clinxit crescente pene. RI/ xaris cū th. i. dānas theatrū & seculum. Quod facis: nā seruis drauco, & pedica ris. Lingua Cat. i. cū tanq alter Cato de moribus lo/ quaris: nō audes fateri tur pitudinē tuā. nam tua lin gua talia nō loquit. Dul/ ce: epitaphium Latini mi/ mi: cuius meminit Tranq. in Do. is recitādis diei fabu lis risum principii prouoca bat. Decus sceni: nā in sce na risum mouebat. Plau sus tuus: cui applaudebas o spectator. Quis po. se. sp. i. allicere in theatrū. Sol uere: ad risum. A nostro thea. i. mea vita nullos mo res theatrales habuit obse que nos. Scenicus: mimus. Arte: non vita, & morib/. Domino: Do. Deus: tūq Deus cognoscebat me ener centem scenicam: & ta: nē bene moratum. Parasitū: mimi dicuntur Phœbi pa/ rasiti: quia seruūt poetis. vel dicite me. i. esto dicatis me Parasitum Phœbi. nā in palatio colebatur Apol/ lo ingēti colosso. Hor. Scri pta palatinus quęcunq; re cepit Apollo. Latinus fre/ quentabat palatium: & pa rasitus habebatur: honesto nomine dicit se fuisse para situm: non palatii: sed A/ pollinis: alludens ad poe/ tas: quorum scripta mimi recitant.

Non solam tribuit Pallas tibi Care coronam,

Effigiem domini quam colis, illa dedit.

In Afrum.

Dantem vina tuum quoties aspeximus Hylum,

Lumine nos Afer turbidiore notas

Quod rogo, qd scelus est mollē spectare mīstrū:

Aspicimus solem, sidera, templa, Deos.

Auertam vultus, tanq mihi pocula Gorgon

Porrigat, atq; oculos, oraq; nostra tegam.

Trux erat Alcides, sed Hylam spectare licebat,

Ludere Mercurio cum Ganymede licet.

Si non vis teneros spectet coniuua ministros,

Phineas inuites Afer, & Oedipodas.

De Nerua.

Audet facundo qui carmina mittere Neruæ,

Pallia donabit glaucina Cosme tibi.

Pæstano violas, & cana ligustra colono,

Hyblæis apibus corsica mella dabit.

Sed tamen & paruæ nonnulla est gratia musæ,

Appetitur posito vilis oliua lupo.

Nec tibi sit mirum, modici quod conscia vatis

Iudicium metuat nostra Thalia tuum.

Ipsæ tuas etiam veritus Nero dicitur aures,

Lasciuum iuuenis cum tibi lusit opus.

In Crestum.

Cum depilatos Creste coleos portes,

Et vulturino Mentulam parem collo,

Et prostitutis læuius caput culis,

Nec viuat vllus in tuo pilus crure,

Purgentq; sæuæ cana labra volsellæ,

Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos;

Et quicquid vsquam legimus pilosorum

Loqueris, sonasq; grandibus minax verbis,

Er cum teatro, seculoq; rixaris.

Occurrit aliquis inter ista draucus, &

Iam pædagogo liberatus, & cuius

Resbulauit turgidum faber penem,

Nuta vocatum ducis, & pudet fari,

Catoniana Creste quod facis, lingua,

Epitaphium Latini.

Dulce decus scenæ ludorum fama Latinus

Ille ego sum plautus, delitiæq; tuæ,

Qui spectatorem potui fecisse Catonem,

Soluere qui Curios, Fabriciosq; graues.

Sed nihil a nostro sumpsit mea vita teatro,

Et sola tantum scenicus arte feror,

Nec poteram gratus domino sine moribus esse.

Interius mentes suscipit ille Deus.

Canusina tua

Hylus

Phineus

Massili

Lupus

ammon  
pulis op  
du ad an  
du fl. la  
datissim  
ang foxay

volsellē

phineus  
xax cur  
sig mol  
119

Resbula





DOMITIVS

FLAVRIGER I: epitethon Phœbi & poetarum. Fa- mulum Iouis: quia plus est seruisse Ioui Dom. q̄ esse pa- rasitus Phœbi. q. d. hanc artem exercui propter dñm: & non alta de causa. Secula: epitaphiū in Philæni: cuius vita supra descripta est: & nunc loquacitas recenferur.

audijit mortuum. Sæuis oris: i. sæua regione Cappa/ docia. Vias longas non satis. i. non esse longiores vias: vt diutius possit continere ossa mariti suo. Vrnā san- ctam. i. sepulturam. Dum: Vebius Crispus, cuius me/ minit Tranquil. in Domi. & Tacitus, comes imperato- ris in expeditione farmatica vouit anferem Marti pro- duce reduci. nam anser di/ catus est Iunoni: vt Li. indi- cat in obsidione capitolii/ na tanti meriti apud Ro/ manos: ex quo custodes ca- pitoli excitaui clangore aduersus Gallos: vt anserū alimenta censoribus singu- lis annis locarentur: nunc anferem argenteum dica/ tur ad pedes Martis porri/ genrem octo numismata rostro: inde supra argumē- to poeta ait: anserem ostē- dere nō esse amplius opus ferro in toto orbe ope Do- cum pecuniam det Deo ne maferetur ferro Mar. sed ta- men, vt dixi, dicata est lu/ noni. Arctois: idest bello germanico. Pendere: ex/ tare hæc numismata. Li/ tar: Martia. pro tuo reditu Cæs. Opus fer. i. nusq̄ esse opus ferro pace data a te, & tuis armis. Hanc: pali- olū habitus ancillaris erat. Iuu. Dorida nullo cultam pallio: ex sententia Cato- hoc scri. qui ad prostitutas accedendum putauit omif- sis matronis: & lauciorib⁹.

Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi, Roma sui famulum dum sciat esse Iouis. Epitaphium Philænis. Secula nestoreæ per mensa Philæni senectæ Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas. Euboicæ nondum numerabas longa Sibyllæ Tempora, maior erat mensibus illa tribus. Heu quæ lingua silet, non illam mille catastæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. Nec matutini cirrata caterua magistri, Nec quæ Strymonio de grege ripa Ionat. Quæ nunc thessalico Lunam deducere rhôbo, Quæ sciet hos, illos vendere lena torosf. Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena, Netua non possint eruere ossa canes.

De Antistio. Cappadocum sæuis Antistius occidit oris Rusticus, o tristi crimine terra nocens. Retulit ossa sinu cari Nigrina mariti, Et quæta est longas non satis esse vias, Cunctq; daret sanctâ tumulis, qbus inuidet, urnâ, Vilia sibi est rapto bis viduata viro.

De Vebii voto. Dum comes arctois hæreret Cæsaris armis Vebius hanc Marti pro duce vouit auem. Luna quater binos non tota peregerat orbem, Debira poscebat iam sibi vota Deus. Ipse suas anser lætus properauit ad aras, Et cecidit sanctis hostia parua focis. Octo vides patulo pendere numismata rostro Alitis, hæc extis condita nuper erant. Quæ litat argento pro te non sanguine cæsa, Victima, iam ferro non opus esse docet.

Qualem velit Amicam. Hanc volo, quæ facilis, quæ paliolata vagatur. Hanc volo, quæ puero iam dedit ante meo. Hanc volo, quam redimit totam denarius alter. Hanc volo, quæ pariter sufficit vna tribus. Poscentem nummos, & grandia verba sonatē Ad Flaccum.

Audieris in quo Flacce balneo plausum, Morionis illic esse mentulam scito. In laudem Domitiani. Iuppiter idæi risit mendacia busti, Dum videt Augusti flauia templa poli. Atq; inter mensas largo iam nectare susus, Pocula cum Marti traderet ipse suo, Respiciens Phœbū pariter, Phœbiq; sororem,

DOMITIVS

FARCA S. i. Mercurius filius Iouis, & Maia. Moni/ menta gnofia. i. cretenfia. Plus: quia obsequitur patri. Patrem Cæsaris: ex hoc ego sensum epigrammatis ita intelligo: iterum enim dicam: vt laudetur templa Fla/ uia: quæ Dom. dicauerat patri, fratri, & suis. ait igitur Iuppiter plus dedisse Do/ mitianum patri suo Vespasiano: cui tantum templū consecrauit: q̄ Phœbū, Dianam, Mercur. sibi, qui tu/ mulum tantum in Creta sibi constraxerant. Hæc sen- tentia mihi probatur. Ar- tibus: Philomusum capta- torem cœnæ, & deridet, & monet, ne loquacitate sua, qua cœnæ solet captare, veniat sibi conuuiua. Paco- rus: nomen regis Partho- rum: cuius etiam memi- nit Plut. in Antonio. Arfa- ces item rex Parthorū fuit: quem allia Scythis orium/ dum, allia Bacctriantis scri- bunt. Arfacidæ reges Par- thorum: non autem Perfa- rum, vt putauit Seruius. Temporibus Domi. Volge- sus Parthi imperauit. Pa- corum igitur pro quocum- q; rege Parthorum posuit.

Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat, Gnofia vos inquit nobis monumenta dedistis, Cernite, q̄ plus sit Cæsaris esse patrem.

In Philomusum. Artibus his semper cœnam Philomusæ mereris, Plurima dum fingis, sed quasi vera refers: Scis quid in arfacia Pacorus deliberet aula, Rhenanam numeras, farmaticamq; manū. Verba ducis Daci Cattis mandata resignas, Victtricem laurum, q̄ venit, ante vides. Scis quoties phario madeat loue fusca Syene, Cuius Iuleæ capiti nascantur oliuæ, Destinet ætherius cui sua ferta pater, Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me Hac lege, vt narres nil Philomusæ noui.

De Ganymede, & loue. Viderat ausonium posito modo crine ministrū Phryx puer alterius gaudia nota Iouis. Quod tuus ecce suo Cæsar permisit Ephebo, Tu permitte tuo maxime rector, ait. Iam mihi prima later longis lanugo capillis, Iam tua me ridet luno, vocatq; virum. Cui pater ætherius puer o dulcissime dixit, Non ego quod polcis, res negat ipsa tibi. Cæsar habet noster similes tibi mille ministros, Tantaq; fidereos vix capit aula mares. At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles, Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit?

In Gallam. Cum sis ipsa domi, mediaq; ornere suburra, Fiant absentes & tibi Galla comæ, Nec dentes aliter, q̄ serica nocte reponas, Et iaceas centum condita pyxidibus, Nectecum facies tua dormiar, innuis illo, Quod tibi prolatum est mane, supercilio. Et ne nulla mouet cani reuerentia cunni, Quem potes inter auos iam numerare tuos. Promittis sexcenta tamen, sed mētula surda est. Et sit lusca licet, te tamen illa videt.

Ad Agathinum. Summa licet velox Agathine pericula ludas, Non tamen efficies, vt tibi parma cadat. Nolentem sequitur, tenuesq; reueria per auras Vel pede, vel tergo, clune, vel vngue sedet. Lubrica coricio quamuis sint pulpita nimbo, Et rapiant celeres vela negata Noti, ingenuat ventus.

Pacorus  
Arfacis  
Arfacidæ  
Palliolū  
Burdigali  
Syene

comam. Alterius Iouis: Do. Latet. i. iam subest mels capillis. Vocat virum: dicit me esse egressum a puert/ ria. Ipsa res. i. necessitas negat hoc. Q. ui misceat ne/ ctar. i. puer formosus. nam formosi tantum ad id elige- bantur. Cum sis: Gallam anum meretricem ornatem faciem medicamentis deridet. nam volebat dare sexcen- ta, quæuis ita ornata, viro quem possit allicere ad se. At inquit poeta, quæ illa sit condita multis medica- mentis: & sit mentula lu/ sca: tamen ea inspicit qua/ lis sit. Media suburra. i. ex medicamentis, quæ emun- tur in suburra. Absentes: alienis medicamentis ac/ cersitis nigrescant. Serica vestes sericas. Tuafactes: quam præsters. & pul/ chritudo: quam tibi paras non maret tecum, cū dor- mis. Vespert enim dormi- tura ea deponis ornamenta. Inter tuos auos: adeo senex est cunus. Promit- tis: turatoribus. Surda est: non arrigitur. Et licet sit lusca: nam vnum tantū habet oculum. Summa: Agathinum laudat, q par- mam in theatro ita iacta- bat: vt nusquā caderet: sed modo criminibus excipere / tur, modo pede magna spe- ctatorum omnium admi- ratione. Ludas sum. pe. constructio græca est, qui dant accusatiuum his ver- bis. i. ludas in summo di/ scrimine: & tentes difficilli- ma quæq;. Seder: hæret. Pulpita: theatri. Sint lu- brica: in quibus vestigia nō possint consistere. Nimbo coricio: croco. nam croco vino dulci misto spargebat/ tur theatra vale. quod ap- pellant nimbum. Vela ob- tendebantur in theatro ad arcendum solem, & ventū. Lenculus splinter primus id ostēdit ludis Apollinari- bus. Cæsar item totum fo- rum Romanū texit. Mar- cellus forum Augusti: vbi lites exercebantur: ne liti- gantes sole, aut vëto offen- derentur. Vela dicuntur data ventis, quando ducū- tur recta in altum: negan- tur vero ventis, quando ia- cent. Vela theatri negata erant ventis, quando iace- bant. Idcirco versus Marti. alibi: Et Pompeiano vela negata Noto. ita accipio: vt etiam hunc locum: non autem vela negata. i. vela iam inutilia theatris: quo- niam & si noua sunt, tamē negantur ventis: dum ita operiunt theatrum: vt ven- tum non excipiant: sed la- cent excepta: vnde vinum sparsum cum croco.

Rapti  
Deiphobe  
Catasta

Cirrat  
Rhôbus  
Cappado- cia



DOMITIVS

ARTIFICI: Agathino. Vt peccare velis. i. errare, ut cadat parma tibi. Prima: Nono calendis Nouembri natus est Dom. eodem die Cæsonia Rufi nata erat. Rufi fuit eundem diem natalem & vxoris, & Dom. celebrat. Hæc lux: nono calendis Nouemb. Cybele: Rheamater Deorum. Rufi sanctonici gallici. Sanctones populi Gallie. Debet: quia nata fuit eodem die, quo Dom. Bis: duabus de causis. Tarpeias: multi fuerunt Diodori: Zonas orator, Diodo, grammaticus, Diodor. qui historiam edidit temporibus Tiberij. Diodo. citharædus temporibus Vespasiani: cuius arte princeps delectatus eum donauit: & ingenti pecunia, & multis donis aureis: cum Romam, inquit poeta, nauigaret: ex Aegypto, Philænis vxor uouit si maritus aco-

Sichones

Diodor

Securos pueri neglecta perambulat artus, Et nocet artificio ventus, & vnda nihil. Vt peccare velis, cum feceris omnia, falli Non potes, arte opus est, vt tibi parma cadat, De Natali Cæsoniæ.

Prima palatio lux est hæc orta Tonanti, Optasset Cybele qua peperisse Iouem. Hac & sanctonici genita est Cæsonia Rufi, Plus debet matri nulla puella suæ. Lætatur gemina votorum sorte maritus, Contigit hunc illi quod bis amare diem.

De voto Philænis.

Tarpeias Diodorus ad coronas Romam cum peteret Pharo relicta, Vouit pro reditu viri Philænis, Illam lingeret vt puella simplex, Quam castæ quoque diligunt Sabinæ, Dispersa rate tristibus procellis Merfus fluctibus, obrutusque ponto Ad votum Diodorus enatauit. Otardum nimis, & piger maritus, Hoc a littore, si puella votum Fecisset mea, protinus redisset.

In Ponticum.

Pontice quod nunquam futurus, sed pellice læua Vteris, & Veneri seruit amica manus, Hoc nihil esse putas, scelus est mihi crede, sed ingens, Quantum vix animo concipis ipse tuo, Nempe semel futurus, generaret Horatius vt tres, Mars semel, vt geminos illa casta daret, Omnia perdidit, si masturbatus vterque Mandasset manibus gaudia fœda suis, Ipsam crede tibi naturam dicere rem, Istud, quod digitis Pontice perdis, homo est.

Ad Apollinem.

Campis diues Apollo sic murinis, Sic semper senibus fruare cygnis, Doctæ sicuti seruiant sorores, Nec Delphistua mentiat vlli, Sic palatia te colant, amentque, Bis senos cito me rogante fasces Det Stellæ bonus, annuatque Cæsar, Felix tunc ego, debitorque voti Cafurum tibi rusticas ad aras Ducam cornibus aureis iuuenicum, Nata est hostia Phœbe, quid moraris?

lud autem constat smintheum dictum a muribus, vel consecratis, vel illic abundantibus: quos smintheas appellant. Confirmat hoc Eustachius ex mure: quem ait fuisse insculptum statuae simulachri illius: nec mirum a muribus appellatum Apollinem: nam & Hercules conopius apud Cereos colitur: quoniam conopas. i. culices extrinxerit. Eæotii Propionem Apollinem colunt: quoniam culices, quos ipsi pronopas vocat, sustulerit. Smintheus igitur Apollo latine dicitur murinus a mure. & campi murini dicuntur campi Apollinis sminthei. Quod autem non nulli legunt campis murinis a Murina vrbe Aeliæ non conuenit. nam eam illic fuisse urbem Hom. quidem & Strabo & Ptolemæus scribunt: sed illic cultum Apollinis non reperio. Præterea a Murina diceretur campus murineus: nõ autem murinus: syllabam a primitiuo mutat: a mure murinus corrumpit: quod admodum est poetæ in verbo, quod recensit pro smintheo deriuauit: quis Pli. hordeum murinum dixerit a muribus. Sic murinis: ita scriptum est in antiquissimis codicibus: sed recentiores deprauati se murinis habent. Legatur igitur: Sic sis diues o Apollo campis murinis. i. sic religiosissime colaris in campis smintheis tibi dicatis. Home. Smintheu præclare Tenedi dominator Apollo. Senibus cygnis: nõ cygni fenes dicati sunt Apollini, autem C. i. Tuf. quæst. quoniam vaticinantur tibi mortem cantus: vatum autem Deus est Apollo. Et cum futura prædicere putentur corui: eadē de cæ Apollinis nomen sunt dicati. Sorores: musæ. Delphis: sacerdos tua quæ Delphis est: & Delphis dicitur. Doctæ: quoniam propter fortunam, quæ fortuna etiam prædicere sub imagine duarum sororum. Papi. Et Prænestina poterant migrare sorores. erant & sorores Done: sed placet de Fortunis potius. Palatia colant: nam in parte palatii erat colostus Apol. Debitor voti. i. reus voti. Cornibus aureis. i. fronte aurata. nõ autem aureis. hostiarum cornua inaurabantur. vnde illud Virgilii. Aurata fronte, pro auratis cornibus accipiendum est. Moraris: celsas rogare Domitlanum, vt det consulatum Stellæ.

Hercules conopius Apollo p natio Sminthei Campi Murini

Epitrapegius Hercules Epitrapegia vasa

DOMITIVS

PHIC: vindex cuius temporibus Domi. notus carmine Pap. habebat poculum: quod tenebatur manu Herculis ex ære. Hic poculum apte appellat Pap. Hercule epli. trapegion. nam epitrapegia dicuntur vasa, quæ sunt apta mensis. Lyfippus opus effinxerat: fuerat autem prius hoc Alexandri: & de eo loquitur Plut. cum ait nondum empto Hercule scypho: potestæ peruenerat ad Hannibalem: tertio ad Syllam. Pa. Peleus habebat Regnator Ictis numen venerabile mensis. de Hannibale: Mox nasa moniaco decus admirabile regi. de Sylla: Coniuua Sibyllæ: Coenabat sp. Sibyllæ. i. Syllæ. nõq; ita primus est Scylla dictus, vt docuit Maer. Laudatur Hercules epitrapegius a Mar. quem admodum a Papi. hic descripto poculum. Porrecto leone: cum pelle leonis strata supra saxum. Aere exi. & ita Pa. paruitate admiratur. Dextra: quia in manu habebat pateram. Non est recens fama. i. nõ est nuper sculptus. Cæli nostri. i. artificii nostrorum temporum. Lyfippi: Papi. de eodem, Sefer: videndum Indulsi Lyfippe tibi. Tyrranni pelei: Alexandri. Numen hoc. i. poculum in quo Hercules erat sculptus. Ictis: prius iacuit in Babylonia: postea delatus est in Egyptum. nam Ptolemæus Aegyptius vnum abstrulic Perdicæ, quæ reliquias Alexandri in Macedoniam gestabat: vt Strabonis, nostrorumque monumentis accepimus. collocant autem in lintheolo aureo, quem Coctas Syrus abripuit. Puer: nouem annorum. Iura uerat hinc: hoc falsum est. nam ita iurat apud Siliu: Hanc mentem iuro nostri p numina Martis Perma nes regina tuos. Voluit autem hoc ostendere Mar. post seffum fuisse ab Hannibale. Hic: Hercules. Syllam potestæ dicitur: & hoc falsum est. nam Sylla dicta turam deposuit exterritus quidam vmbra in somnis: quæ eum vocabat: vt Ap. pla. scri. vel vt idē tulit spote ciuili metu: sed ingenio se poeta voluit ostendere per hoc fuisse possessum a Sylla. Varle au. modo Alexandri: modo Syllæ. Priuatos. i. priuatum domum Vindici: sine imperio. Alcides: idem argumentum. Vindici: amici. Nescis gr. i. nescis literas græcas. Basis: fundamentum cuiusque rei. Auctores: gentiuius græcus. Phidiæ pudicitia poeta se putasse opus Phidie ob excellentiam ope-

Basis

DOMITIVS

De statua Herculis.

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone Mitigat exiguo magnus in ære Deus, Quæque tulit, spectat relupino sidera vultu, Cuius læua calet robore, dextra mero, Non est fama recens, nec nostri gloria cæli, Nobile Lyfippi munus, opusque vides. Hoc habuit numen Pelei mensa tyranni, Qui cito perdomito victor in orbe iacet, Hunc puer ad libycas iurauerat Hannibal aras. Iusserat hic Syllam ponere regna truce. Offensus variæ tumidis terroribus aulae Priuatos gaudet nunc habitare lares. Vtque fuit quondam placidi coniuua Molorchii, Sic voluit docti vindicis esse Deus.

De eadem statua.

Alciden modo Vindicis rogabam, Effet cuius opus, laborque felix, Risit nam solet hoc leuique nutu, Græce nunquid ait poeta nescis? Inscripta est basis, indicatque nomen.

Ad Marcellinum.

Miles hyperboreos modo Marcelline triones, Et Getici tuleris sidera pigra poli, Ecce Prometheæ rupes, & Fabula montis Quam prope sunt oculis nunc adeunda tuis, Videris immensis, cum conclamata querelis Saxa senis, dices durior ille fuit. Et licet hoc addas, potuit qui talia ferre, Humanum merito finxerat ille genus.

In Gellium.

Gellius ædificat semper, modo limina ponit, Nunc foribus claues aptat, emitque seras, Nunc has, nunc illas mutat, reficitque fenestras, Dum tamen ædificet, quid liber ille facit, Cranti nummos vt dicere possit amico Vnum illud verbum Gellius, ædifico.

In Pannicum.

Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas, Quicquid & hirsutis squalet imaginibus, Sic quasi Pythagoræ loqueris successor, & hæret, Præpendet mento nec tibi barba minor, Sed quod & hircosis serum est, & turpe pilosis, Tu qui sectarum causas, & pondera nosti, Dic mihi, præcidi Pannice dogma quod est.

ris. nam Phidias simulachris Deorum maiestatem addidit supra ceteros opifices: non eoq; obtinuit palmam: vt Pli. scri. Miles: Marcellinum popularem suum eum tem in Scythiam hoc epigrammate prosequitur. Caucasus mons est Indigæa parte, quæ vergit in Scythiam: in eo Prometheus lapeti & Asie filius ad saxum religatus poenas formati hominis dabat, aqua la viscera corroderent. Liberatus autem est sagittis Herculis: quod nunquam permisit Iuppiter nisi ea conditione, vt anulum ferreum gessisset indicium vinculo: unde nonnulli anulorum originem ductam volent. scri. hoc aperte Probos: suboscure Pli. his verbis: Itē anulus Promethei. indicium Iupplicii. Monet amicus Mart. inspecturum saxa caucasi: ad quæ si poterit credere religatum Prometheus: poterit etiam sibi persuadere eodem finxisse hominem priuatum. q. d. vrung: esse fauololum de Marcell. supra Triones hyperboreos. i. septentrionem. Est etioq; tuleris. i. pertuleris. Sidera pigra. i. vram minoræ, & maioræ. Pigra: quæ non occidunt. Fabula motis. i. fabulosus Caucasus. Videris immensis. distinet ne eat. Saxa: caucasea. Conclamata: confusa clamoribus Promethei. Ille: Prometheus. Et li. poteris Alciden tam supra hominem est potuisse perferre Caucasum motem, quæ finxisse hominem. Gellius: Gellium nihil donantem accusat, qui semper aliquid ædificabat: vt hac excusatione petentes aliquid amicos reiceret. Limina: lapides, qui sustinent superiores partes hostium: vñ sublimis. Quidlibet: etiam reminiam. Democritos: Pannicus quod dicitur de grauioribus philosophorum sectis disputabat: cum esset mollissimus: & draucis feruere: ait poeta se extumare eum esse doctissimum philosophorum, & stoicū, & Epicureum, & Academicū: de quibus quotidie loquebatur. sed tamē cupere intelligere colere draucos, quod dogma sit. Democritus author epicurei. Zeno author stoici. Plato academicus. Inexplicitos: recoditæ doctrinæ. Pythagoræ: vnde manauit philosophia. Præpendet: proluxa est. Hircosis. hircosi homines virilitate male olentes. Catul. V alle sub alarū trux habitare caper. Iuue. Hippi da membra quidem. & illud: Et de virtute locuti Clunem agitant.

Caucasus Prometheus theus

Anulostri origo

in olæa semiculu braccatu qui heros canit fuc pit embe inter lecti leona n manu.

ex supph colligit da autem

Hircosus





DOMITIVS

PHAEREDEM: Gallus dixerat Martia. scripsit se haredem in quartam partem bonorum quod & putans & sperans poeta misit multa munera demum a primum ad quem multis a Gallico inuitatis ipse quoque fuit conuulsa: sed ne costa ei quidem data est: quid, inquit, sperem de tuo testamento Gallice cum de meo mihi nihil dederis. Quis damnet libenter sua vota: id est quis est, qui nolle credere sua vota, & id quod optat. Fouimus: substitui mus missis muneribus.

Aprum laurentem: ex a pro laurente. De Calydone: Calydon urbs Aetolie. f. putaueris huc esse aprum illum, quem interfecit Meleager. Callida: astuta, venatur conuulsiu. Hic: adductus fuit. Quadrante: quarta parte tuorum bonorum. Vncia nulla venit: ad nos refert, quia dixit quadrantem. Hec est: toga missam a Parthenio (Parthenius significat, qui habet virgineum aspectum) iam tritam ita commiseratur: ut alia petat. De hac toga supra: De toga facundiam grati mihi munus amici. Partheniana: missa est a Parthenio. Vatis: de quo alibi: Nam quis ab Aonio largius amne iubit. Athoris: Parthenii. Tribulit: Tribulus pauperes appellatur: qui extra ceterum sunt a sola tribu appellati. Contribules autem dicuntur eiusdem tribus. Niveam: Mart. niveam togam appellat trita supra: Quis quis te niveam dicit habere togam. Partheniana: i. digna Parthenio. Mea est: digna me paupere. Ingenium: Gaurus Marti ingenium laudabat: sed ita ut pusillum diceret: & in breui carmine versari: poeta ait eum facere maius opus: qui scribit bellum Troianum. xx. libris: sed maior esse laudem suam: quia faciat puerum Bruti: & Lagonem viuos & Gauri, qui facit gigantem Iteum. Puer Bruti parua admodum statura fuit, & fictilis fiebat. In distich. Gloria tam parui non est obscura sigilli: Istius pueri Brutus amator erat. Huius meminit Plinius: scribit enim Brutum huic puero amando cognomen dedisse a Syllanone cognomine infansictum fuisse aeneum. Lagon & Calus pane dulcitate effingebantur: sparge-

In Gallicum.

Haredem cum me partis tibi Gallice quartae Per tua iurares sacra, caputque tuum, Credidimus, quis enim daret sua vota libenter? Et spem muneribus fouimus vsque datis, Inter quae rari laurentem ponderis aprum Misimus, aetola de Calydone putes. At tu continuo populumque, patresque vocasti, Ructat adhuc aprum callida Roma meum. Ipse ego, quis credat? conuiuia nec vltimus haesi, Sed nec costa data est, cauda ue missa mihi. De quadrante tuo quid sperem Gallice? nulla De nostro nobis vncia venit apro.

De Partheniana toga.

Haec est illa meis multum cantata libellis, Quam meus edidit lector, amatque togam, artheniana fuit, quondam memorabile vatis Munus, in hanc ibam conspiciendus eques, Dum noua, dum nitida fulgebat splendida lana, Dumque erat authoris nomine digna sui, Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli, Quam possis niueam dicere iure tuo. Quid non longa dies, quid non onsumitis anni? Haece toga iam non est Partheniana, mea est.

In Gaurum.

Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum, Carmina quod faciam, quae breuitate placent. Confiteor, sed tu bis denis grandia libris Qui scribis Priami praelia, magnus homo es. Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona viuus, Tu magnus luteum Gaure giganta facis.

De Lucano, & Tullo.

DOMITIVS. TONANTIS: Iouis habebat in hortis aram Io/ nis & Siluani: cui pinus est dedicata: & fructus Cy/ bell. Domina virginis: id est Diana. Martem principem: quoniam calendis Martis sum natus. Nemus Florae: omnes nymphe fugiunt Priapum. Si prior: Flavius Clemens patruus fuit Do/ mi. hic alter clemens est co/ iux Atellinae Sabinae cui car/ mina mittit. Helicaonis: regio. dicitur regio Pataul/ na. Ineptus igitur hunc lo/ cum deprauarunt: & impru/ denter scripserunt Helico/ nis pro Helicaonis: q ne fa/ cerent: potuerunt admo/ neri disticho vbi lanx Pata/ uina ita loquunt: Nos He/ licaonia de regione sum: quare dicta sit Helicaonia: Illic dicem: Si tu prior an/ te me: nam ego cogito Il/ lucis. Euganel populi fut/ dicta nobilitate. na a no/ bilioribus Herculis focis du/ xerunt genus: quasi Euge/ nei: Pli. author. Picta ar/ ua: i. vineta pataulina. Su/ fa: tecta. Charta no. non dum edita. Nec for. me. l. nondum barbata: vt in di/ stichis exponemus. & i. v/ pra diximus. Non mit. le amico poma non nata in agro suo Nomentano: sed nata in Suburra: hoc e em/ pra. na & supra dixit: Q. usc quid alteri ager dar sio na/ sci in media Suburra. Ser/ pens Massi. i. Hesperium: q seruabat poma aurea He/ speridum. Alcinoi: regis Phaeacum qui habuit pul/ cherrimum agrum. Ger/ minat: producit mihi fru/ ctus. Mala p. nullius pre/ cii. alludit ad aurea mala. Infantem: ludens osten/ dit Gallam esse fellatricem. Quod supra dixit: Na fel/ lat tanti Galla, quid ergo? tacet: natum enim infantem & maritus negauit esse su/ um: & adulter. ait poeta cu/ maritus, & adulter negent filium natum suum esse: apte negat se fatuisse. q. d. irrumarunt fellantem. Fu/ tuisse: sed irrumasse. Sa/ pe: laudat oculu patris fug: vbi potuit viuere puo pre/ cio, quo Romae non potest. stultum igitur est colere di/ uites: cum locus possit sibi suppeditare id qd ipsi non dant. Aultus mirabat qua re velle reuerti in patria: cum fuerit Romae. xxxliii. Sita: Hispanie est: vt Procl. scri. iuxta Alauona. Bea/ tum: me videri diuitem. Lu/ xuriantur: possunt afferre luxum. Pascit a. vt supra:

Tonantis aras, horridiq; Siluani, Quas tinxit agni saepe sanguis, aut haedi, Dominatq; sancti virginem Deam templi. Et quem sororis hospitem vides castae Martem mearum principem calendarum: Et delicatae laureum nemus Florae: In quod Priapo persequente confugit, Hoc omne agelli mite paruuli numen Seu tu cruore: siue thure placabis, Vbicunq; noster Martialis est dices, Haec ecce mecum dextera litat vobis Absens sacerdos: vos putate praesentem, Et date duobus, quicquid alter optarit.

Ad Clementem. Si prior euganeas Clemens Helicaonis oras: Picta q; pampineis videris arua iugis, Perfer attestinae nondum vulgata Sabinae Carmina, purpurea sed modo suta toga. Vt rosa delectat, metitur quae pollice primo, Sic noua nec mento sordida charta iuuat.

Munusculum pomorum. Non mea Massilus seruat pomaria serpens, Regius Alcinoi nec mihi seruit ager. Sed nomentana securus germinat hortus Arbore, nec furem plumbea mala timent. Haec igitur, media quae sunt mihi nata Suburra: Mittimus autumni cerea poma mei.

Ad Gallam. Infantem tibi vir, tibi Galla remisit adulter, Hi puto non dubie se fatuisse negant.

Ad Auitum. Saepe loquar nimum gentes quod Auite remotas, Miraris latia factus in vrbe senex, Auriferumq; Taguin sitiam, patriumq; Salonem, Et repetam saturae sordida rura casa, Illa placet tellus in qua res parua beatum Me facit, & tenues luxuriantur opes. Pascitur hic, ibi pascit ager, tepet igne maligno Hic focus, ingenti lumine lucet tibi, Hic preciosa fames, conturbatusq; macel. us, Mensa ibi diuitiis ruris operata sui, Quattuor hic aestate togae, pluresue teruntur, Autumnis ibi me quattuor vna regit, I, cole nunc reges: quicquid non praestat amicus, Cum praestare tibi possit Auite locus.

De Numa. Dum leuis arsura struitur libitina papyro, Dum myrrhan, & casiam flebilis vxor emit, Iam serobeiam lecto, iam polinctore parato, Haeredem scripsit me Numa, conuatu it,

Pascimus lugera. Pascit: sustentatur. Maligno: qa emittit ligna. Conturbatus: vt dixit: Conturbator aper: qui multa requirit & sollicitudinem, & cura. Quattuor. an. i. quattuor annis. Dum: locus est in se licitatem suam: & scriptus haeres a moriente: cuius fuis curabatur eam conualescendi dederit. nam ille liberatus est a morbo. Pa/ pyro: adhibebat rogo mortuorum: vt arderet facilius quod docuerunt & gyptiis qui papyro ad ignem vtuntur: vt scri. Pli. & Strab. odo/ res item spargebantur: vt myrrha, & casia, & alia. Pa/ Sed quid ego exequias & p/ digla stamus Dona loquar: moestog ardentia funera lusu? Quid cillecum flores: quid munera graminis in/ di. Polinctores dicebantur qui curabant funus: vt Nonius ex Var. & Plau. testi/ monio docet, & Cassius in annalibus: Pollicere dixit p curare funus: Numa ingt, costituit vt pisces, q squam/ mosi non essent ni pollice/ rent: patrimonial ad con/ uetus publicos: & collega facilius emerentur. Pol/ ctore: vespilone. Vespilo ta/ men dicitur qui affert ca/ dauer.

GEORGIUS. FIAM sero iam lecto: la polinctore pato. Curatores funerum: designatores: & libitinaril dicti fuerunt: qd in coment. Iu. scripsimus. in quo autem differat libitinarus a polinctore docet Vulp. de infortoria actione scribens ad hunc modum: Si libitinarus seruum pol/ ictore habuerit: isq; mor/ tuum spolauerit: deditam in eum quasi iustitiam actionem. ex tant iurisco/ sulti verbis ilquido patet: libitinarium esse curatore funeris: polinctorem vero q cadauera tractet, atq; sepe/ liat. Porro q in doctae ne/ gocio, de quo agitur, longa dissideta verba Cassii Emi/ ng adducit a Pli. notata: vbi de piscibus loquitur. Sunt enim hae pisces marinos in/ vsu fuisse procius Roma/ condita. auth. est Cassius Emina: cuius verba de ea re subliciam: Numa consti/ tuit, vt pisces, qui squam/ mosi non essent, ni pollice/ rent patrimonial commen/ tus: vt conuina publica, pri/ uatag: coena ad puluina/ ria facilius comparentur: ni qui ad pollicum eme/ rent precio minus parce/ rent, sed si Deo placer: no/ ster hic egregius literator:

Polincto res

Pollicet re Vespilo

Designa tores Libitinae rius

pascitege vide. 5. fo 96. p. 2. e. qd. anyu vis

Agrippa

Cenatoria





ubi polluerent legitur: & pollucum seipsum emendantium errorum pollice rent: & pollucum legendum censet: quasi de fune re piscum Numa legere rule. rit. nimis sane audaces: & cum iactura bonorum aut thorum sunt hi hominatio nes: in quorum temeraria & interitum punitio fam igna uiam doctissimus quisque inuehit debet: ut veritas & dignitas nostrae linguae a tanta iniuria alligando defendatur. Cal. scri. polluce re: quo prifci latini in hac ferme significatione vifit: quoties oplperas dapes velut in sacrificiis Dei & in pri mis Herculis facturi erant: cum Deo decimas omnium rerum Romanam voto reddebant. Plau in sticho: Ut decimam partem Herculi polluceant. Neniuis in col lace: Qui decimas partes quantum alieni fuit, pol luxit tibi a publicando epu lum Herculi decimis. Ma cro. quoque catillones eos proprie dicit: qui ad polluc tum Herculis vltimi cum venissent catillos liguribat: & pollucibilem eam coenae quam Cleopatra Ant. para ult. appellat: quam eandem Pli. magnificè dixit: ut manifeste appareat ad polluc tum nihil aliud esse: nisi ad magnificum epulum, quale Herculi solebat fieri, venire. In quem sensum accipienda sunt Cassii verba, si diligenter ea excusse ritus.

Pollucef.

Pollucef.

In Publum. Addat cum mihi cæcubum minister Ideo resolutior cinædo; Quo nec filia cultior, nec vxor Nec mater tua, nec soror recumbit, Vis spectem potius tuas lacernas, Etcitum vetus, indicoſq; dentes? Suspectus tibi ne tamen recumbam Præſta de grege; fordidaq; villa Tonſos, horridulos, rudes, puſillos Hircoſi mihi filios ſubulci. Perdet te dolor hic, habere Publi Mores non potes hos, & hos miniſtros, De Figura Socratis. Si romana forent hæc Socratis ora, fuiſſent Iulius in ſeptis qualia Rufus habet. In Commiſcentem verſus operi ſuo. Quid ſtulte noſtris verſibus tuos miſceſ? Cum litigante quid tibi miſer libro? Quid congregare cum leonibus vulpes, Aquiliſq; ſimiles facere noctuas quaeriſ? (Habeas licebit alterum pedem Lada,) Inepte fruſtra crure ligneo curteſ. De Capitolino. Elyſio redeat ſi forte remiſſus ab agro Ille ſuo felix Cæſare Galba vetuſ. Qui Capitolinum pariter; Galbamq; iocantes Audiuerit, dicit ruſtice Galba tace. De Philæno. Qua factus ratione ſit requiriſ, Qui nunquam furuit, pater Philænuſ, Gaditantuſ Auite dicat iſtud, Qui ſcribit nihil, & tamen poeta eſt. Ad Bilbilitanoſ agroſ Municipuſ auguſta mihi quos Bilbilis agri Monte creat, rapidiſ quos Salo cingit aquis, Ecquid læta iuuat veſtri voſ gloria vatiſ? Nam decuſ & nomen, fama;q; veſtra ſumus. Nec ſua pluſ debet tenui Verona Catullo, Meq; velit dici non minus illa ſuum. Quattuor acceſſit trigetiſima meſſibuſ æſtaſ, Ut ſine me Cereſi ruſtica liba datiſ, Moenia cum colimus dñæ pulcherrima Romæ, Mutauere meoſ Italia regna comas. Excipitiſ reducem placida ſi mente, venimus, Aſpera, ſi geritiſ corda, redire licet. Ad Librum. In noſtro comes, i libelle Flauo Longum per mare, ſed ſa uentis vnda, Et curſu facili, tuiſq; ventis Hiſpanæ pete Tarrachoniſ arceſ, Illinc te rota tollet, & citatuſ Altam Bilbilin, & tuum Salonem Quinto forſitan eſſedo videbiſ.

sed tamen eum non magis posse esse bonum poetam ait, q̄ possit currere, si alterum pedem ligneu habere: alterum Lada velo, eissimi curſoris. Quid tibi est: quid habes. Litigante: quia meum carmen non conuenit tuis versibus. Lada: cursor Alexandri: qui pedentibus vestigiis vix arenam signabat: huius meminit Sotinus: & Catullus Veronensis. Elyſio: laudat Capitolinum scurram: quem Galba anteponebat: qui Cæsariens temporibus floruit: notus carmine Iuena. Si potes illa pati, qua nec farme tus iniquas Cæsaris ad me ſas: nec vilis Galba tulisset. Suo Cæsare: Augusto: quod placet: quamuis nonnulli de Tiberio sentiunt. Quare locus est in Philæno & Gaditanum: quorum alter adulterio vxoris habebat filios: alter alieno carmine sibi vindicatio volebat videri poeta. Sit factus pater: id est habeat filios. Municipis: reuersurus in patriam alloquitur populares suos: & querit an post. xxiiii. annos: quos in vrbe consumperit velite in vrbem acciperet: an humani. Municipis: populares. Tenuis: versanti in lyrico carmine. Ruſtica: id est agitis vitam rusticam. In noſtro: dat illi bellum Flauo amico eunti in patriam: & madat vt veteres sodales salutes: & sibi agrum parat ad onium. Tarrachois: Tarracho nobile oppidum sine portu: & nobili vrbe. Quinto eſſedo: i. quinta mansione. Tuum

Lada

Tambo

DOMITIVS. PTVV Mparentem: id est me, qui te edidi. Iam tu midus: similis locus est apud Iuenaletm Vmbrici: dum a Mulione vocaret. Laxauit: aperuit emissis multis

DOMITIVS. Vo tu, quo li ber otiose te/ dis. Exitum vndecimvm librum alloq cur quasi pro perantem in palatia: quo viuo Domitia. solebat mit ti præfecto cubiculi Par thenio: qui poetæ carmi/ na Imperatoris reddebat: eumq; monet: vt potius ad turbam otiosam se confe rat occupato Parthenio supplicium libellis. Otio se: otio idulgent. Sindoe non quotidiana: sed festa. Ineuolutus: non lectus. Non. n. legeris. Vacat impar tur oriu Parthenius eni doctus erat. vt supra: Na quis ab Aonio largus am ne bibit. Manus minore. id est satis sit tibi si legeris. minoribus Parthenio Por ticum Quirini: habebat enim iuxta porticum Quirini. quod supra dixit: Vl cinoſq; tibi sancte Quiri/ ne lares. eo loco conuenie bant homines negotioru componendorum causa: & nonnunq agebantur il lic sponſalia: vt Iuena. in dicit: Officium Cras pri mo sole mihi peragendæ valle Quirini: tamen seq tur: Nubit amicus. Pom pelus: porticus Pompeia/ na: porticus Europæ: & porticus Argonautarū in cam po

Quid mandem tibi queris: vt sodales Paucos, & veteres, & ante brumas Triginta mihi, quattuorq; vifos Ipsa protinus a via salutes. Et noſtrum admoneas ſubinde Flauum Iucundos mihi, nec laborioſos Seceſſus ſpatio parat ſalubri, Qui pigrum faciunt tuum parentem. Hæc ſunt, iam tumidus vocat magiſter, Caſtigatq; moras, & aura portum Laxauit melior, vale Libelle. Nauem, ſcis puto, non moratur vnus.

multis nauibus. No mo rat vnus: id est omnes ad sunt propter te. Vel no mo rat vnus: id est vnus expe ctatio no ſoler retinere nauim: quin diſcedat.

po Martio, ſupra: Hic ſi re/ ceſſit porticum terit tem/ pli: An ſpatia carpit læcus argonautarum: An delica tæ ſole ruriſ Europæ. Puella ag. porticus Euro pæ. Domitius pr. ca. 3. ia/ ſon. Leuis: alludit ad Ae go: quæ dicta eſt a celeri/ tate. Sponſio: ſponſione appellat de poſitionem pi gnorum vter eſſet futurus victor: an Incitatus: an Scor pus. nã hi duo aurigæ om nium ſermone celebrant. Tunc qui hoc ad ſpõſalia re ferant: ſed no placet. Tri ſte: dimittit omnem fron tis ſeuernitatẽ cancturus carmen ſarurnalium: ve teri licentia principe Ner/ ua. Duri Catoniſ: ſtolti. O filia: id est o cenſura. O ſaltus perſonati: id est o vos qui erigitis ſupercil lum & frontem tanquam perſonatum & laruam ſe/ ueram ſumitiſ: cum alia frons, leuiſ, & mollis ſub/ ſit.

M. VAL. MARTIALISEPIGRAMMATON. LIBER. XI.



Vo tu, quo liber otiose tendis Cultus ſyndone non quotidiana? Nunquid Parthenium videre tentas? Vadas, & redeas ineuolutus. Libros no legit ille, ſed libelloſ, Nec muſis vacat, aut ſuis vacat/

Ecquid te ſatis extimas beatum Contingunt tibi ſi manus minores? Vicini pete porticum Quirini, Turbam non habet otioſiorem Pompeiuſ vel Agenoriſ puella, Vel primæ dominuſ leuiſ carinæ. Sunt illic duo, treſue, qui reuoluant Noſtrarum tineas ineptiarum. Sed cum ſponſio, fabulæq; laſſæ De Scorpo fuerint, & Incitato. Ad Lectorem.

Trifte ſupercilium, duriq; ſeuera Catoniſ Fronſ, & aratoriſ filia Fabricii. Et perſonati ſaltuſ, & regula morum Quicquid & in tenebris no ſumus, in te foras ite.

quicquid foras appare lineam ab argo mense







DOMITIVS

FANTIQ. V. S. honori fictilium ve foram. Dignus es potare illo vase: quia potabis lotium. Ius: in obsecuros natales Zoili serulis conditionis olim ius trium natorum petebat: cum ipsius parentes essent ignoti. Quisquis epitaphium est Paridis pantomimi: qui in aula Domitiae gratiosus erat: elus amore captam Domitiam uxorem Do. re pudicit: eiusque discipulus: quoniam per similes magistro videbatur, necuit. Teris flaminiam. i. quisquis ambulat per flaminiam. Sales Nili: id est Aegyptii. Decus: dum vixit. Dolor: mortuus. Hæres: in breuem Colonom male colentem agrum: mox nec heredes nec eum mortuum sepeliunt: quoniam cum terra sepulto sit optata leuis: ipsi grauis est quod perculum cultum omnino aspernatus est. Grauis: molestia: non potest ferre rerum. Sunt: captaturus faturnalium carmen profectetur se cecidisse: quæ post sine legi a pudicis: sed post haclurum licetia satur: nallia: monet tamè Apollinarem cenforem: ne putet eosdem mores inesse poetæ: qui videbuntur in carminibus: cum fateatur nullos inesse mores carmini suo. Sunt mihi chartæ id est iam edidit carmina. Cosmiano: unguento. Illam parentem: matrem inculam. Saturnalios: da ros saturnalibus. Qui grauis: eodem argumeto mox nec lectorem gratiam: vt nunc discedat. Quo lit: betri quocumque vis. Togæ urbanæ: leuiores perforatis: nam togati sequebantur diuites. Lampfacior: Lampfacus olim Pictusa dicebatur: non procul a Priapi oppido: cuius regionem conuercudo ad Vay

Antiquus mensis restituatur honor. Te potare decet gemma, qui Mentora frangis In scaphium mœchæ Sardanapale tuæ.

In Zoilum. Ius tibi natorum vel septem Zoile detur, Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

Epitaphium Paridis. Quisquis flamineam teris viator, Noli nobile præterire marmor. Vrbis delitæ, salesque Nili, Ars, & gratia, iustus, & voluptas, Romani decus, & dolor theatri, Atque omnes Veneres, Cupidinesque, Hoc sunt condita, quo Paris, sepulchro.

De Colono. Hæredes nolite breuem sepelire Colonom, Nam terra est illi quantulacumque grauis.

De Libro suo. Sunt chartæ mihi, quas Catonis vxor, Et quas horribiles legant Sabinæ, Hic totus volo rideat libellus, Et sit nequior omnibus libellis, Quo vino madeat, nec erubescat Pingui sordidus esse Cosmiano. Ludat cum pueris, amet puellas, Nec per circuitus loquatur illam, Ex qua nascimur, omnium parentem, Quam sanctus Numa mentulam vocabat. Versus hostamen esse tu memento Saturnalios Apollinaris. Mores non habet hic meus libellus.

Ad Lectores. Qui grauis est nimum, potes hinc iam lector abire Quo libet, urbanæ scripsimus ista togæ. Nam mea Lampfacio lasciuit pagina verba, Et tartesiacæ concrepat æra manu. O quoties rigida pullabis pallia vena. Sis grauior Curio, Fabricioque licet, Tu quoque nequitas nostri, iustusque libelli Vda puella leges, sis Patavina licet, Erubus, posuitque meum Lucretia librum, Sed coram Bruto, Brute recede, leget.

Ad Sabinum. Non omnis nostri nocturna est pagina libri, Inuenies & quod mane Sabine legas.

In Lupum. Donasti Lupe rus sub vrbe nobis, Sed rus est mihi maius in fenestra, Rus hoc dicere, rus potes vocare? In quo ruta facit nemus Dianæ, Argutzæ tegit ala quod cicadæ, Quod formica die comedit vno, Clausæ cui folium rosæ corona est, In quo non magis inuenitur herba,

stiam appellauit: & eodem nomine Homerus. In eo tractu erant vites magna fertilitate: qua de causa illic colebantur a comitibus Bacchi sacra, & Priapus. Item Horneus suum illic cultum habebat: vnde verus Lampfacus dicitur quod liter Priapus colitur: dicitur mus & Lampfacen. Tartesiacæ: Hispana. Nam Hispana lasciuia sonorum & tympanis reliquas antecelabat. supra: Edere lasciuos ad Bethica crismata gestus. Licet sis Patavina: licet sis pudica, quales fuerunt Patavina: quarum pudorem testatur Plin. In epistola, cum scribit de muliere pudica: Eam Patavinis quoque mulieribus frugali tatis exemplum esse posse. Lucretia: pudica puella. Non: dicit se edidisse carmina non modo, quæ legenda sunt noctu: sed etiã die. supra: Tunc admittit locos gressu metire licentis: Ad maruinu nostra Thalia louem. Donasti: locatur cum Lupo amico: qui exiguum prædium donauerat: a quo mallet accepisse prædium. Maius in fenestra: nam plebs urbana in fenestris hortulos habebat: quod Plin. his verbis testatur: Iam quoque in fenestris suis plebs urbana imaginem hortorum quotidiana oculis rura præbebant.

Costi. Lampfacio lasciuit pagina verba. Tartesiacæ concrepat æra manu. Vda puella leges, sis Patavina licet. Erubus, posuitque meum Lucretia librum. Sed coram Bruto, Brute recede, leget. Non omnis nostri nocturna est pagina libri, Inuenies & quod mane Sabine legas. In quo ruta facit nemus Dianæ, Argutzæ tegit ala quod cicadæ, Quod formica die comedit vno, Clausæ cui folium rosæ corona est, In quo non magis inuenitur herba,

DOMITIVS

Costum. COSTI: quod nascitur in India. nam costum radix est eximii odoris: foditurque in Petale insula Gægetis. Piper crudum: acre, vel piper crudum. pendens de ipsa arbore, & torrefactum. primum appellatur Tongum: alterum album: tertium nigrum. Erucæ: qua caules eduntur. Culex: qui alitur salicetis. Talpa: fodit hortos & facit cuniculum. Est: tota collocatur & consumitur in nido. Cocleam: genus mensuræ exigua: quæ tota vix opobalsamo implebatur: vt scri. Plin. indicat esse mensuram. Nuce picata: ad vas picatum. nã Ca: to docuit esse vasa picata. Cæsar: Augustus totum est idem epigramma: sed duo tantum primi versus: & duo ultimi sunt Mar. sex inferti Octauii Aug. Augusti libelli epigrammate edidit: quæ balnei tempore meditabatur: ex eo hoc recitatur epigramma a Mart. vt offendat lasciuam carminis Imperatoris quoque Augusti placuit se in epigrammate: post priam simultatem cum Antonio: cum vtriusque milites poscerent: vt necessitudine aliqua coniungeretur: actum est vt Aug. duceret Claudiam filiam Fuluie vxoris Antonii: quam susceperat ex P. Clodio priore viro: eã intactam reliquit: orta simultate inter ipsum & Fuluiam socrum. Simularis causa non exponitur a Trã quod docet Augustus hoc epigrammate: ait enim Fuluiam socrum poposcisse ab eo coitum in vltionem Antonii coniugis: qui mimã Cithæridem amabat: sed se id recusat: quoniam anserat. Latina: nuda & apra. Glaphyrus: i. mimã Cithæridem. Nam Glaphyrus nomen est citharædi apud Iunen. De quo citharædus Echion: Aut Glaphyrus fiat pater, & apud Mar. Plaudere nec Cano: plaudere nec Glaphyro. apteligitur mimã cithæridem appellat Glaphyram: quam Antonii pater amasse Plu. & Plin. testatur: & Cic. adeo vt inuictis curru leonibus eam per Italiam circulerit: fecit de mem diuortium: nihilque, vt Cic. scri. egit honestius in vita Ant. quod cum mihi mafecit diuortium. Fulua: socrus mea. Signa ca. i. pugnemus. Absolutis: versus Mar. verba sunt in versus Augusti. Quæris: notantur mulieres a Iuue. quod literarum censura vsque eo processerint: vt etiam doctissimi rhetores in contentionem vocarent: vt Iuue. Cello dictare paratæ. Galla eo genere erat: quã poeta deridet. ait enim se eam nolle ducere uxorem: quoniam eius mentula faciat sæpe solocissimum: quem ipsa diserta castigaret: hoc est non legitime semper coit. alludit ad literas, & ad coitum illegitimum. Lydia: lassos homines fessi dicuntur: laxæ item res dicuntur attrite. In Lydiam est epigramma: cuius laxitatem & deridet & detestatur ea of

fenus proximo coitu. Equitibus aheni: alii referunt ad militem armatum, quod non placet. alii, quod sentio, ad instrumentum illud: quo vas in igne sustentatur. Nã eques non modo apud antiquos: sed & equus significabat: cuius vicefungi videtur tripos cum sustineat abentum. Lydia. i. femur Lydia. Trochus: significat rotam in cuius similitudinem factum ferrum nunc admittit pilas ligneas: de ea rota loquitur. Celer: quia celeritate vertitur. vt in distico: iste trochus pueris: at mihi canthuserit. Petauro: petaurus dicitur, qui corpus emittit per circulos. Idem per taurilla appellatur, a petra quod significabat volu, vt auctor est Marcel. Firmus in Astronomico. Petauro transmissio. i. dum petaurus transmittit corpus. Crassa aqua: cœnosa. GEORGIUS. QVOD fu. Gla. Antiochanc mi. pœ. Fulua constituit se quoque vt futuam. Fuluiam ego vt futuam quid si me Manius oret? Pedicem? faciam? non ego si sapiam. Aut fut, aut pug. ait: quid quod mihi vita Carior est ipsa mentula signa canant. Si hic Cal. libros Apiani de bellis citui. legisset. cauissam simularis iter Fuluiam & Aug. tum quid foret Manius: & omnem vitem epig. cognouisset: si viderem Lucio An. triumuir fratrem cõsulatum gerente: M. Ant. vxor Fulua cum L. Manio ne omnia opera Cæ. agi viderentur: admittentur cultores: qui propriis agris ex pulsi erant: eis quoque auxilium pollicebantur: opera tamè Manii Fulua in deterius conuerfa fuit. nã quod dicebat Manius: si Italia quiescit, Cleopatram detenturam Antonium, qui insurgente bello celerrime ad eam rediret. Quare Fulua mulieris perturbatione mota: L. Antonium in contentio nem impulit. Marcus vero Ant. mox Manii: quia Fuluiam ad bellum irritasset, per calumniam Cleopatram neci dedit. Hic ergo erit sensus: Fulua impulsa per Manium, qui subiebat Glaphyram: petiit a Cæsare Augusto futuam: quam rem Augustus negat exemplo si sto de Manio: quippe dicens: Si Manius iam vir rogaret vt se pedicarem: nempe vt facerem. Ergo nec tibi o Fulua morem geram: quem admodum nec Manio obsequer: quamuis & ipse sit causa civilis belli: sed optone data magis eligit pugnam, quam coitum. Quam rora transmissio toties impacta petauro. Nonius Marcellus, quo auctore nititur circuli mentionem nullam facit. Quare dixerim petaurum machinam fuisse ligream, vnde petaurilla: se mouerent. Declinatur autem hoc petaurum: vnde petaurisso verbum: & petaurista: de qua dictione plura in commentariis Iuuenal. diximus.

Eques Trochus Petaurus e. pro. n. c. pro. n. largi. i. vna que non est nisi ut leg. fides. say. ridentes. lapsus a. cus.

Lampfacus v. h. i. u. s. a. l. a. s. a. p. o. s. t. e. g. n. a.





DOMITIVS

NOTO Pompeiano: non dicas quæ amplius non sunt vilia theatro Põ peiano: quod velis tegeba- tur. nam vela dicuntur ne- gata ventis: quando non surgentia in alcum eos ex- cipunt: sed iacent: quem admodum tegentia thea- trum. eodem epithetovfus est supra: Et rapiant cele- res vela negata noti. Ar- milla: finistrarum orname- tum. Delphico: quales Delphi mittunt. Leuconi- co: genus lanæ, quo culci- træ farscebantur. Braccæ: bracca erat genus vestis, qua Britani utebantur: au- thor est Diodo. Onocro- talis: avis simillima cygno: a quo non distingueretur. nisi eis, faulbus inesset alte- rius ventris similitudo: quicquid enim comedit in fauces congerit: diuq; con- tinet: cum tamen sint mi- ræ capacitatis: vt author est Plini. Mollia: conquertur, q; quidam non modo peditur puerum: sed etiam eius inguina tractet inter opus: quibus sollicitandis efficit, vt cito pueri viri fi- ant. Galefi: pueri. Duro ore: barbato mento. Præ- cipitant: ante tempus. In de: ex hoc. Placent: quia non audent prodire in lu- cem. Vna puellis: ante- rior. Viris: posterior. Tua parte: posteriore tibi con- cessa. Nubere: Syllâ pro- uocantem poetam ad nu- ptias aspernatur: quoniã

Quam Pompeiano vela negata noto  
Quam quæ delphico lapsa est armilla cinædo.  
Culcitra leuconico q̄ viduata suo,  
Quam veteres braccæ Britonis pauperis, & q̄  
Turpe Rauennatis guttur Onocrotali.  
Hanc in piscina dicor futuisse marina,  
Nescio, piscinam me futuisse puto,  
In Pædiconem masturbantem.  
Mollia quod niuei duro teris ore Galefi  
Basia, quod nudo cum Ganymede iaces,  
Quis negat hoc nimium? sed sit satis, inguina saktē  
Parce fututrici sollicitare manu.  
Leuibus in pueris plus hæc, q̄ Mentula peccat,  
Et faciunt digiti, præcipitantq; virum.  
Inde tragus, celeresq; pili, mirandaq; matri  
Barba, nec in clara balnea luce placent,  
Diuisit natura mares pars vna puellis,  
Vna viris genita est, vt ere parte tua,  
In Syllam.  
Nubere Sylla mihi nulla non lege parata est,  
Sed Syllam nulla ducere lege volo.  
Cum tamen instaret, decies mihi dotis in auro  
Sponsâ dabis dixi, quid minus esse potest?  
Nec futuam quamuis prima te nocte maritus,  
Communis tecum nec mihi lectus erit.  
Cõplectarq; meam, nec tu prohibebis, amicam,  
Ancillam mittes, sed mihi iussa, tuam.  
Te spectante dabit nobis lasciuia minister  
Basia, siue meus, siue erit ille tuus.  
Ad coenam venies, sed sic diuisa recumbes,  
Vt non tangantur pallia nostra tuis.  
Oscula rara dabis nobis, & non dabis vltro,  
Nec quasi nupta dabis, sed q̄ si m̄ anus,  
Si potes ista pati, si nil perferre recusas,  
Inuenies qui te ducere Sylla velit.  
Ad Labullum.  
Dum te prosequor, & domum reduco,  
Aurem dum ubi præsto garrienti,  
Et quicquid loqueris, facisq; laudo,  
Quot versus poterant Labulle nasci?  
Hoc damnatum tibi non videretur esse,  
Si quot Roma legit, requirit hospes,  
Non deridet eques, tenet senator,  
Laudat causidicus, poeta carpit,  
Propter te perit, hoc Labulle verum est.  
Hoc quisquam ferat, vt tibi tuorum  
Sit maior numerus togulorum,  
Librorum mihi sit minor meorum?  
Triginta prope iam diebus vna est  
Nobis pagina vix peracta, sic est,  
Cum cœnare domi poeta non vult,  
Ad Thelesphorum.  
O mihi grata quies, o blanda Thelesphore cura,  
Qualis in amplexu non fuit ante meo,  
Basia da nobis vetulo puer vda falerno,

non speret se habiturum vxorem: quæ possit perfer- re mores suos: quos expo- nit. Nulla non lege: om- ni conditione. Instaret: prouocaret: vt se acciperē in vxorem. Mihi: non al- teri. Siue erit tuus: idest Eunuchus, & spado. Dũ noto argumento rogat La- bullum, ne operam toga- ram a se exigat: cum ma- gnâ faciat oculi & carmi- nis iacturam: & poema as- mittat sequens cœnam. Nasci: idest componi a me. Prosequor: dum se- quor te. Præsto: accom- modo. Damnum: quod carmina non scribã. Poe- ta carpit: notat mores poe- tarum, qui aliena carmina carpunt: quibus, quoniam bona inuident, placet ma- gis vt carpit exponas: fre- quenter carpit, & suffura- tur hoc pacto: dum profe- quor te: & capto cœnam. O mihi: Thelesphorum puerum nil præter ample- xum permittentem allo- quitur inter brachia. O blada cura: o amor. Vda falerno, i. basia sine cura.

Filla:

DOMITIVS

FILLA: varcinatur LI- num cum fuerit salacissi- mus fututor fore cunni- ngum: quoniam desit ar- rigere. Sagax: luxuriosa. Caue lingua: quia erit cū- nilingus: & te. inseret fe- moribus. Ferreus: Flaccū ancillam, & paruo profan- tem precio amantem deri- det: fieri enim nõ posse pu- rat: vt quæ paruum exigat precium sit iucundi coitus. Orat: p̄coltu. Garum: liquamen ex garo pisce. Cybii: significat cõsistam pelamidē: vt Plinius de ge- nere thynni. Botryone: botryon liquaminis genus falsi: inde botellus genus. farciminis. Gaudens: tan- quam putet rem magnã. Perfricuit: dicuntur per- fricuisse frõtem: qui depõ- suere pudorem. Plinius in proœmio naturalis histo- riæ: Perfricuit frontem & ni- hil profect. Follatum: di- cebatur vnguenum quod frem dicebatur nardinũ: & erat magni precl. De thu- sco vico: nam in vico thu- sco vestium bombicinãrũ textura commendabatur. Languida: Phyllis: nutri- fuit Domitiani: eadē an- lena: sub quo nomine nũc deridetur mulier: quæ de- formis: & an inguina poe- tæ sollicitabat: cum excita- ri non possent: docet quo pacto possit arrigere. Iu- gular. i. pollice: quia cadit mentula. Vix decem ho- ris: adeo cadit mens. Os: in Zoilum fellatorem: quẽ sæpe supra nominauit hoc noie. vt supra: Nec te vindi- care possumus: Fellat hic. conquirebatur os causidi- corum, & poetarum male olere: cum referret hoc (vt puto) ad maledicta. Respõ- det poeta peius olere fella- tori: notans hominis turpi- tudinem: quasi male oleret: alter ipse accepisset. Inua- sit: locat ambiguitate ver- bi præcido. nam & incide- re significat: & frangere po- dicem. alterum tractũ est a cædo: alterum a præciso. In- testino. medicus, inquit, phreneticus inuasit Hylan- sic: & eum præcidit: cum videatur dicere vuloeravit intelligit p̄dicavit: propte- rea subdit medicus nõ phre- neticus: sed sanus: qui tam bonum cepit consiliũ. Si- ca: gladius est latronis: vn- de sicarii d: cti sunt. sica itē numeratur inter ferramẽ- ta chirurgica. Atreus: Cæci- lium deridet: q; amicos ac- cipiebat varietate ciborum qui omnes confecti erant

Pocula da labris facta minora tuis.  
Addideris super hæc Veneris si gaudia vera,  
Esse negem melius cum Ganymede Ioui.  
In Linum.  
Illa sagax nimium, nec paucis nota puellis  
Stare Lino desit mentula, lingua caue.  
Ad Flaccum.  
Ferreus es, si stare potest tibi mentula Flacce,  
Cum te sex cyathos orat amica dare.  
Vel duo frustra rogat Cybii, tenuemue lacertum,  
Nec dignam toto se Botryone putat,  
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra  
Halecem, sed quam protinus illa voret,  
Aut cum perfricuit frontem, posuitq; pudorem,  
Succida palliolo vellera quinq; petit.  
At mea me libram foliati poscat amica,  
Aut virides gemmas, sardonychasue pares,  
Nec nisi prima velit de thusco serica vico,  
Aut centum aureolos, sic velut æra roget.  
Nunctu velle putas hæc me dare doni puellæ?  
Nolo, sed his vt sit digna puella, volo.  
Ad Phyllidem.  
Languida cum vetula tractare virilia dextra  
Cœpisti, iugulor pollice Phyllituo.  
Nam cum me vitam, cum me tua lumina dicis,  
Horis me refici vix puto posse decem.  
Blanditias nescis, dabo dic tibi millia centum,  
Et dabo setini iugera culta soli.  
Accipe vina, domũ, pueros, chrysendeta, mensas,  
Nil opus est dignis, sic mihi Phylli frica.  
In Zoilum.  
Os male causidicis, & dicis olere poetis,  
Sed fellatori Zoile peius olet.  
De Phrenetico Medico.  
Inuasit medicus sica phreneticus Eucli,  
Et præcidit Hylan, hic puto sanus erat.  
In Cæcilium.  
Atreus Cæcilius cucurbitarum  
Sicillas quasi filios Thyestæ  
In partes lacerat, secatq; mille.  
Gustu protinus has edes in ipso,  
Has prima feret, alteraue cœna,  
Has cœna tibi tertia reponet,  
Hinc seras epidipnidas parabit,  
Hinc pistor farreas facit placentas,  
Hinc & multiplices struit tabellas,  
Et notas cariotidas theatris,  
Hinc exit varium coco minural,  
Vt lentem positam, fabamq; credas,  
Boletos imitatur, & botellos,  
Et caudam Cybii, breuesq; mænas.  
Hinc cællarius experitur artes,  
Vt condat vario vaser sapore  
In ruge folium capelliana, ruta.

ex cucurbita: & cū variis epulas videat apposuisse: so- lam dede cucurbitã. Cæ- cilius Atreus: tanquã alter Atreus: qui Tantalũ Thy- stæ fratri filium epulandũ apposuit. Atreus: lanua- tor cucurbitarum. Edes: gustabis. gnstare est leui ci- bolenire stomachum. Intra facietatē. Cœna: idest pri- ma, & secunda cœna. Epi- dipnidas: dapes epidipni- des dicuntur: quæ post dip- non: idest cœnã apponũt. Hinc: ex hac cucurbita. Farreas: ex farre. nam pla- cente farre in maiore erãt precio. alii codices habent Fatuas placentas. Multi- plices tabellas: nam tabel- læ dicuntur duplices, & tri- plices a numero foliorum, & tabellæ mittebantur in saturnalibus. Cariotides: & cariolg dicuntur fructus, hæ inauratæ mittebantur amicis. Papini. Vt latente palma prægrandes carioti- des cadebant. Notas thea- tris: quia in theatris spar- guntur. Minural: piscem marinum significat, quem ira cõdit Apitius, vt addat liquamen: oleum: vinũ co- ctum: & reliqua. Minurali- tatem genus cibi cõfecti ex variis leguminibus. Vix decem horis: ex variis rebus confe- ctum. Hinc: ex cucurbita. Botellos: gen' farciminis: vt Festus scrib. Mænas: pl- fces sunt, qui colorem mu- tant: vt Pl. tradit. nã hye- me candidg sunt: æstate ni- griores, eorum maria stru- mis medentur. Libres pon- dus libræ trahentes: vt Bil- bres dicimus duarum li- brarum. Capelliana: ruta a capillamentis, & herbarũ & foliorum.

Gusto

Epidipni- des

Cariotg

Minural

Botellos Mæna

Capellia- na,

liquor

caryotg suæ caryotides fœdus palmas. Minural genus est huiusmodi ex concisis minutati ole- ribus fit. autore apicio fabat m- rino pisce, liquamine, oleo, vin- o p̄ porris et ad coriandeo.

Cybii est concisa pelamis. Mæna piscis maximus latinis holecula. cellarius qui in cella præpositus est penus promouendo





DOMITIVS.

FGABATAS: hę supra dicuntur gabatae .i. lances roncauz. Nec toga: in Ne...

Sic implet gabatas, paropfidafq, Et leues scutulas, caualq; lances, Hoc lautum vocat, hoc putat venustum, Vnum ponere ferculis tot affem.

In Nestorem.

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus, Nec tibi de bibula facta palude teges, Nec puer, aut lenior, nulla est ancilla, nec infans, Nec fera, nec clauis, nec canis, atq; calix, Tu tamen affectas Nestor dici, atq; videri Pauper, & in populo quæris habere locum, Mentiris, vanoq; tibi blandiris honore, Non est paupertas Nestor habere nihil.

De Prasiuo.

Sæpius ad palmam Prasius post fata Neronis Peruenit, & victor præmia plura refert, In nunc liuor edax dicte celsisse Neroni, Vicit nimirum, non Nero, sed Prasius.

De Apro.

Aedes emit Aper, sed quas nec noctua vellet Esse suas, adeo nigra, vetusq; casa est, Vicinos illi nitidus Maro possidet hortos, Cœnabit belle, non habitabit Aper.

Ad Fabullum.

Ignotos mihi cum voces trecentos, Quare non veniam vocatus a te Miraris, quærifq; litigafq; Solus cœno Fabulle non libenter.

De Caio Proculo.

Caius hanc lucem gemma mihi Iulius alba Signat, io votis redditus ecce meis, Desperasse iuuat, vel uti iam rupta fororum Fila, minus gaudent, qui timere nihil, Hypne quid expectas piger? immortale falernū Funde, senem poscunt talia vota cadum, Quincunces & sex cyathos, bestemq; bibamus/ Caius ut fiat Iulius, & Proculus.

In Zoilum.

Zoile quid tota gemmam præcingere libra Te iuuat, & miserum perdere fardonyca, Anulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus, Non eadem digitis pondera conueniunt.

In Charidemum.

Cunaram fueras motor Charideme mearum Et pueri custos, assiduusq; comes, Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba, Et queritur labris puncta puella meis, Sed tibi non creuit noster villicus horret, Te dispensator, te domus ipsa pauet, Ludere nec nobis, nec tu permittis amare, Nil mihi vis, & vis cuncta licere tibi, Corripis, obsetuas, quæreris, suspiria ducis, Et vix a ferulis abstinet ira manum, Si tyrios sumpsi cultus, vixiue capillos,

grece: latine significat som num. Conuenit ergo no uen puero ministrari Bac chum somni ducem, & al totem. Bestem: vas octo menfuraru. Zoile: in Zoil um, qui ex seruo ad eque stes anulos peruenerat: vt supra expo sumus. Has cum gemmas impede de dicat catenas. Laturne tibi Zoilus anulos priores. Hic tantl ponderis anulum hunc gestabat: vt aprius olim poruerit esse cathena eius pedibus: quunc anu lus digito nonnulli, autho re Plinio, auri pòdus in a/ nulis ostentabant. Aliile ues bracteas inferebant: gē marum preclum ostentan tes. Eam bracteam appel/ lauit aurum estiuum. Iue nalis tangens hoc anulo/ rum genus: Ventilet æsti uum digitis sudantibus au rû: Nec sufferre queat ma ioris pondera gēma. Per dere: occultare, quia nō est in tanto precio gemma: cū additur vniu auri. Tuis cruribus: pro cōpede. Erac enim seruus fugitiu. Cu narum: Charidemum pæ/ dagogum suum, & libertū a quo obliuatur, cū iam sit vir. Mearum cunaram monitor: qui me infantem nouisti, vel motor, qā mo uisti cunas mihi infanti. Placet prior scriptura. Su daria: verbum Catulli, pan nos lineos, qui excipiunt ca/ dētem barbam a tonfore. Sed tibi nō creui: id est nū dum putas me satis adole/ uisse.

¶ Catonem

DOMITIVS.

PCATONEM: qui vta tur censura Catonis. For mosam: Luperum captū amore Glyceræ irrumato/ rem esse ostendit: & Glyce/ ram fellatricem vrbano lo co: dum ait Luperū nup dixisse se iam mense toto non futuisse amicam: quia dentes dolerent. nā si den/ tes & os ægrum impedimē to erat: quo minus illa col/ ret: satis apertū est indicū esse irrumatorem. Mulio: venditū mullonē supra vi/ ginti millibus nōmum con queritur: & quasi intranti magnitudinem p̄cii: istam tam grauis veditiois cau sam vellet afferre: subdit eum fuisse furdū ob hoc: cū minoris debuerit vediti: ipse idē commemorat: quali fue rit iusta causa tam grandis p̄cii. Surdus erat: eludit Aucū. Indulget: Lygdū formosum pastorē suum per casum monet recentē: ne velle concedere arbor/ res capitis periculo ad glā/ des decutiendas. nā Amyn ras pastor dum saginandis suis incubit ex arbore glandifera quā cōscendit, cecidit: eiusq; pater siluæ si gna succidi iussit ad rog/ filii. Amyntas: nomen pa storale est sumptū a Theo/ crito & usurpatum a Virg. Cedētes: honustos glandi bus. Opes cō. i. glādes de/ iectas. Nemus tri. cui? ca/ su perierat filius. Diræ ra plnæ: filii. Dānauit ro. li. .i. rogis dedicauit. Ligna noxiæ: q̄b? cecidit Amyn/ ras. Annumerare. i. redde re numerū. Viuida: Cæci lianum auarum accusat: qui poetæ epigramata di/ xerat non esse viuida. Hoc .n. fieri dicit Mar. eius cau sa: qui nihil donat. nā vita carminis ex argumento di/ citur, referatur hoc, qd ma gis placet, quod parū viui/ dum esset: quia de Amyn/ ra mortuo est scriptū. Ex hoc iocans poeta dixit non mirandū esse si nō est viui/ dum: cū de mortuo sit cō/ positum: & eius culpa hoc accidisse: qui id argumen/ rum pposuerit. Lemmata mor. i. argumenta de mor tuo. Thyma: florem signi ficat gratissimū apibus: qd circa solstitia nascitur: cū large florescit: portendit mellis puentum: ex attica translatū est: adeoq; promi scue nascitur: vt Narbonen si agro lapidoso maxima copia proueniat. author est Pli. Thymū tamen atticum principatū tenuit: & gternum epitheton inde fortitum. Virg. Cecropiumq; Thymū, in insula Cœcyræ In ama/ titudinē pungit: vnde Corsica mella eundē seruant fa/

Exclamas, nunquam fecerat ista pater, Et numeras nostros astricta fronte trientes, Tanquam de cælla sit cadus ille tua. Desine, non possum libertum ferre Catonem. Esse virum iam me dicet amica tibi, De Luperco, Formosam Glyceram amat Lupercus, Et solus tenet, imperatq; solus, Quam toto sibi mense non fututam Cum tristis quæreretur: & roganti Causam reddere vellet Aeliano, Respondet, Glyceræ dolere dentes, De Mulione furdo, Mulio viginti venit modo millibus Aule, Miraris precium tam graue, sturdus erat, De Amynta, Indulget pecori nimirum dum pastor Amyntas, Et gaudet fama, luxuriaq; gregis, Cedentes oneri ramos, siluamq; fluentem, Vicit, concussas ipse secutus opes, Triste nemus diræ: vt vultu superesse rapinæ, Damnavitq; rogis noxia ligna pater, Pingues L. yde suas habeat vicinus lollas, Te satis est nobis annumerare pecus, In Cæcilianum, Viuida cum poscas epigrammata, mortua ponis Lemmata, quid fieri Cæciliane potest? Mella iubes hyblæa tibi, vel hymettia nasci, Et thyma cecropiæ corsica ponis api, In Vxorem, Deprensam in puero tetricis me vocibus vxor Corripis, & culum te quoq; habere refers, Dixit idem quoties lasciuo Iuno Tonanti? Ille tamen gracilium Ganymede iacet, Incuruabat Hylam posito Tirynthius arcu, Tu Megaram credis non habuisse nates? Torquebat Phœbum Daphne fugitiua, sed illas Oebalius flammis iussit abire puer, Bryseis multum quatuuis auersa iaceret, Aeacidæ propior Iouis amicus erat, Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus, Teq; puta cunnos vxor habere duos, Ad Senem orbum, Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus, Esse tibi veras credis amicitias? Sūt veræ, sed quas iuuenis, quas paup habebas, Qui nouus est, mortem diligit ille tuam, In Cantharum, Intrafti quoties inscriptæ limina cællæ, Seu puer arrisit, siue puella tibi,

potem. Deprensam: in/ prudentiā vxoris accusat: q̄ ipsum deprehēderat dū pædicaret: obiurgansq; se pueri partes posse præstare affirmabat. Posito ar. nā ipse arcum gestabat: Hylas pharetra: vt Apolloni. Iōn/ go carmine feri. Megarā: Creōris filia fote: Herculis vxor. Megarā dici non Me/ geram carmen Homericū testatur immaniū euocatio ne. Homerus: & Megaram Creontis magnanimi fillā quam habuit Amphitryon/ nis fili? rōboris indomit. Fugitiua: dum conuersa est in Iaurum. Oebalius puer: Hyacinthus lacedæmo nis: quem dilectū disco Phœbus interemit per im/ prudentiā: vt sus autē est in florem sui nois: in eun/ dem florem Ajax cōuersus est cū iudicio amorū supe ratus sibi mortē conscitit, inde idem flos dicitur flos Oebalius ab Alace. Colu/ mel. Et male dānati mœ/ sto de sanguine surgit Aia cis flores. Bryseis pa. est: p̄prio nois dicebat. Hippo damia: vt scri. Eustachius: dilecta est ab Achile. Les nis amicus: Patroclus. nā Achilles Patroclū amauit: quie parria Opiticia iussis est exulare: cū affine Oean them per imprudentiā ne/ casset: vnde Oeanthiū secu lum: & fons Oeanthius in siluis. Erat idem necessitu/ dine conuinctus cū Achil/ le: vt colligit Eustachius: cum quo est educatus post exiliū: promiserat autē Me noctio patri Patrocli Achil les se post expeditionē Tro ianā eū domū reducū/ rum. Dare ma. i. noli ex/ stimare tibi aliquid masculi lum esse. Orbus es: impru dentis orborum oium, & dluitū accusat: qui capta/ tores putant sibi esse ami/ cos. Nat? cōsule Bruto. i. es decrepita ætatis. No uus: nuper factus amicus. nam is captator est: & spe obuenture hęreditatis tibi blanditur. Intrafti: in Cā tharum irrumatorē: quē eo vicio laborare ex conie/ ctura ostendit. nā siue mu/ lierem adiret, siue puerum non patiebatur vel mini/ mam rimam hiare adeo: vt velo foramina acu facta obstruenda curaret. nemo Inquit poeta, qui vel p̄ci cat: vel legitimum Init coi/ tum mulieris tam anxio pudore afficitur, sed irru/ mator. Cællæ: fornicis meretricis nominibus Inhabi/ Lyciæ.

Martialis

O 2

Soteria sunt mu lica, que p nnalescen a dijs no ent.





DOMITIVS.

VELO: quo circumda- tur centones. Terebran- tur: perforatur. Lasciuia: lasciuientia: & passim pun- gente. Solliciti: anxii.

Qui pœdicat: aut futuit: sed qui irrumat. Iam nisi: Mœlum monet: vt cum ar- rigere non possit: fiat irru- mator. nã supra dixit: Ne/ mo est Gallatex ad irru- mandum. Verpa: verpidi- centur iudai circumcisi eo- dem habitu est mentula.

Pannucea: a pãno fit pan- nuceus. a. um. diminutiũ pannucula: author est Pom- pe. vel a pãno: quod placet vena eminentiore: cuius di- minutum est pannucula. nam & mulierum mãma: & membra sensilia iuuenili humore exhausta pãnucea sũt: hoc est venosa. supra: At tibi pannosã depẽdent peccore mamma. Laces- sis: insequeris. Summa pe- tas. i. os: & has irrumator alibi: Nemo est Thai senex ad irrumadum. Omnia: Blataram deridet: qui cũ omnem mulierum turbã deuitaret: & lingeret cum- nos: causa, inquit, est ne co- gatur futuere. Vmbra pã pelana. i. porticu Pompeii. alibi: Sic veterem ingratu Pompeii quærim? vmbra.

Limina Inachidos. i. por- ticum Europæ hinc Inachi- alibi: Aut vbi sidonio Tau- rus amore calet. Lacedæ- monio ce. lacedæmonũ di- ctur ceromã: quoniam pa- læstram Lacedæmonũ in- uenerunt: & eo ceromate se vngebãt. Virgine. i. aqs gelidis virginit. nam mar- tia aqua vt Plin. scri. natatu: virgo tactu prestabat. Si- lius: Silius poeta pœdium Virgi. In Neapolitano ha- buit: vt scri. Plin. in epistola. habuit item villam Cic. lit- toralem: quæ occurrebat a Lucrino Baias veniẽtibz. Ibi Tul. olim instaurauit monumentum: & locũ ap- pellauit academiã, acadẽ mla: atheniensis æmulatio- ne. eo mortuo proruperũt illic fontes calidi: qui ocu- lis medebant. Possedit eun- dem locum Verus Anati- stius: fontes celebrati sunt carmine liberti Cice. Cuius hi duo sunt postremi: Et quoniam totum legitur si- ne sine p orbem: Sicut oculi plures quæ medeantur aquæ. Vtrunq; autẽ pœdium voluit habere Silius: quo- niam & Ciceronẽ olim fue- rat imitatus in causis agen- dis: & postea in carmine pu- nico Virgilium: hoc igitur in laudem Siliũ dicitur.

Contentus non es foribus, veloq; seraq;  
Secretumq; iubes grandius esse tibi.  
Oblinitur, minimã si qua est suspicio rimã,  
Punctaq; lasciuia quæ terebrantur acu.  
Nemo est tam teneri, tam sollicitiq; pudoris,  
Qui vel pœdicat Canthare, vel futuit.

In Mæuium.

Iam nisi per somnum non arrigis, & tibi Mæui  
Incipit in medios meiere verpa pedes.  
T ruditur & digitis pannucea mentula lassis,  
Nec leuat extinctum sollicitata caput.  
Quid miseros frustra cunnos, culosq; lacesis?  
Summa petas, illic mentula viuit anus.

In Blataram.

Omnia fœmineis quare dilecta cateruis  
Balnea deuitat Blatara? ne futuar.  
Cur nec pompeia lentus spatiat in vmbra,  
Nec petit Inachidos limina? ne futuar.  
Cur lacedæmonio luteum ceromate corpus  
Perfundit gelida virginẽ? ne futuar.  
Cum sic fœminei generis contagia viter,  
Cũ lingit cunnum Blata ra? ne futuar.

De Silio.

Silius hæc magni celebrat monumẽta Maronis,  
Iugeta facundi qui Ciceronis habet.  
Hæredem, dominumq; sui, tumuliq; larisq;  
Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

In Phyllida.

Nulla est hora tibi, qua non me Phylli furentem  
Despolies, tanta calliditate rapis.  
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto,  
Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis.  
Nunc furtiua lucri fieri bombicina possunt,  
Profertur Cosmi nunc mihi ficcus onyx.  
Amphora nunc petitur nigri cariola falerni,  
Expicit vt somnos garrula saga tuos.  
Nunc vt emam grãde ve lupũ, mulũ ve bilibrẽ,  
Indixit cenam diues amica tibi.  
Sit pudor, & tandem veri respectus, & æqui,  
Nil tibi Phylli nego, nil mihi Phylli nega.

De Silio.

Iam prope desertos cineres, & sancta Maronis  
Nomina qui coleret, pauper, & vnus erat.  
Silius arpino tandem succurrit agello,  
Silius & vatem non minus ipse tulit.

De Tityo.

Tanta est quæ Tityo columna pender,  
Quantam lampfaciã colunt puellã,  
Hic nullo comitante nec molesto,  
Thermis grandibus, & suis lauatur.  
Anguste Tityus tamen lauatur.

Celebrat: nam coluit dill- gentissime tumulum Vir- gilli: vt ait Plin. Tumulu: ad Virgilium. Lares: ad Tullium refertur. Nulla est: Phyllim multa quoti- die ab eo postceterum monet: vt cum ei quæcunq; petiit, donauerit: & ipsa det fella- tionem. Nulla est hora. i. nulla hora labitur. Reli- cto: attrito. res relicte con- sumptę dicuntur imitatio- ne græcorum: qui κωσολε/ μων dicunt. Lapis: de cro- tallo, siue de elencho, quod placet. Possunt: dicuntur posse. Lucel fieri: vili pœcio emi. Siccus onyx: siccum diapauma. nam constat ex siccis odoribus: vt Plin. tra- dit. Profertur: ante ocu- los fertur meos: vt emam.

Carlosa: multorũ anno- rum. Expicit: purget for- nos de te aduersos. Indl- xit cœnam: se velle cœnare tecum. apud Ciceronem ẽ eadem significatione con- ducere cœnam. Condicere autem est prisca lingua de- nũciare. Nil mihi Phylli nega. i. patere te irrumari. nam nil negare apud poe- tam id significat, vt ante ex- posuimus. id autem pate- facere hoc loco dixit. Nam aliud videtur dicere: cum tamen hoc dicat. Iam pro- pe: laudatur Silius q; eme- rit pœdium Virgilianum: cum autem sibi uo minus vendicauerit Virgilium: quẽ carmine expressit imita- do. Desertos cineres: quo- niã tumulus erat in agro.

